Quo pacto in popolari gubernatione ciuitas participandi sint. Cap. 3. 186. D

De quatuor speciebus popularis, ad quos pertineant, de earum legibus, & institutionibus. Cap. 4. 186. I

Ad popularem institutionem pertinēta. Caput. 5. 187. K

De

Index

De ſpeciebus paucorum potentie, ordinatione creſſis ex populo aſſumendi, quæ paucorum gubernationi poſſunt, & q̃ deterrima. Cap. 6. 288. H

Quæ partes multitudinis præcipuæ ſint, & quæ: ac totidẽ ſint partes ad bellũ et pacẽ: ac quæ ad paucorũ potẽtiã. c. 7. 288. M

De Magiſtratibus, & eorum ſpecebus, et quibus rebus ꝓficiendi ſint. C. 8. 289. E

Summa, ac Capita Septimi Libri Politicorum.

DE Optima vita, ac ciuitate beata. De eis conſentiendũ multitudini re[illegible] ciuibus partibus, diſtribu[illegible] adiſpcãt, ac locis ponat. De ciuitã ꝓximitate. De coniugio, liberorum procreatione, victu, ac inſtitutione. 290. L

De Optima vita, & ciuitate beata. Caput. 1. ibid.

An eadem ſint felicitas, & optima vita. An contemplatiua, an actiua vita ſit præferenda. De optima reipublicæ diſpoſitione, placitis aliorum, & effecto legislatoris. Cap 2. 291. H

In controuerſia in vtra vita cum virtute, dominatu, & præſtantia vita contẽplatiua Cap 3. 292. H

Quanta debeat eſſe multitudo ad conuenientem ciuitatũ magnitudinem. Caput. 4. 293. C

Optima regionis, & ſitus vrbis conditiones. Cap. 5. 294. A

An cõmunis maris turba nautica, & nauales potẽtia ciuitatibus recte inſtitutis expediat, vel ne. Cap. 6. 294. E

Quales debẽt eſſe natiua ciues: de quo laudantur Græci, & quales vrbis cuſtodes. Cap. 7. 294. M

Quod non omnia, ſine quibus ciuitas ſtare nequeat, ſint eius partes, & quæ ſint ipſius partes propriæ. Cap. 8. 295. F

Quæ ciuitatis partes quibus hominum generibus conueniant. Cap. 9. 295. M

De diſtributione ciuitatis, conſeſſationibus, partitione regionis, cultoribus, & agricolis. Cap. 10. 296. H

De ſitu vrbis, locis in eo ad diuerſa accõmodatis, primum: deinde, mœnibus, & ipſius ornatu Cap. 11. 297. F

De ædibus ſacris, ſortis, & locis communibus ciuium. Cap. 12. 298. C

In quibus bene agere conſiſtat. De felicitate, & de ijs, quibus hominum animi ſtudioſi. Cap. 13. 298. I

Quos oporteat eſſe imperantes, & parentes, eoſdẽm ne an diuerſos: partiri & ipſorum diſciplinam. Et ad quæ reſpicere debeat legum poſitor, an de quibus ipſe non laudatur. Cap. 14. 299. F

Quibus virtutibus & pacis, & belli tempore opus ſit, & a quo primum eruditio ſumenda ſit. Cap. 15. 300. I

Quæ circa coniugia, ac liberorum procreationem conſyderanda ſint ac prouidenda. Cap. 16. 301. E

De victu, & inſtitutione puerorum. Caput. 17. 302. E

Summa, ac Capita Octaui libri Politicorum.

DE puerorum inſtitutione, & de q̃is, quæ ipſi addiſcere conſuetuerint. De Muſica, eius ſpecebus, ac muſicalibus inſtrumentis: quæq; quibus conueniant, ſo. 303. E

Quid faciẽdũ ſit circa pueros inſtitutio: & ea quidem publice. Cap. 1. ibidem.

Quales, quarumq; rerum, & cuius gratia debeat eſſe puerorum inſtitutio. Caput. 2. 303. H

Quatuor eſſe, quæ pueri diſcere conſueuerunt, quarum aliqs ocy, aliqs negocij cauſa ſeruiunt. Cap 3. 304. A

De Gymnaſtica, & puerorum exercitatorum diſciplina. Cap. 4. 304. I

De Muſica, pulchra diſceptatio: de eius effectibus, & eam ad puerorum diſciplinam eſſe adhibendam. Cap. 5. 305. C

De

Index

De Musica quid deferendum, ac ne vitandū, quibus maxime: vbi de Musicis instrumentis quamplura. Cap. 6. 306. H

Harmonijs, & rhythmis omnibus vtendum esse: diuersis tamen ad diuersa, ac secundum aetates diuersas: vbi de harmoniarū differentijs multa. Ca. 7. 307. G

Summa, ac Capita Primi Libri Oeconomicorum, Arctino interprete.

De ijs, quae ad rem attinent familiarē, propriae sint propria. De variis erga diuersos Oeconomi legibus. 309. B

Quomodo differant, & conueniant inter se Politica, & Oeconomica, & quo earum sit ordo. Cap. 2. *ibid.*

De partibus domus, & vnde sit fumenda possessio. Cap. 2. 309 E

Quod viri et mulieris societas secundum naturam sit necessaria, & quod multa commoda contineat. Cap. 3. 309. H

Leges viri ad vxorem. Cap. 4. 309. M

Leges domini ad seruos. Cap. 5. 310. C

Leges Oeconomi. Cap. 6. 310. H

Summa, ac Capita Secundi Libri Oeconomicorum.

De officijs, & legibus, tum propriis, tū mutuis viri et mulieris. 317 M

Leges probae mulieris. Cap. 1. *ibid.*

Leges viri ad vxorem. Cap. 2. 318. H

Testimonia superiorum praeceptorum ex Homero. Cap. 3. 319. D

Cōes leges viri, & vxoris. Ca. 4. 319. K

Haec eadē capitula reperies in Donati trāslatione in margine notata.

Exemplorum in Secundo Oeconomicorum Libro, Donato interprete, Elenchus.

Aydem. 18. 330. D

Anaximenes. 14. 333. I. 334. C

Antissaus. 6. 328. I

Aristoteles Rhodius. 15. 329. I

Athenienses. 5. 328. M

Bizantij. 3. 328. B

Callistratus. 22. 331. E

Carthaginenses. 10. 329. B

Chalcedon. 25. 332. A. 334. B

Charidemus. 30. 332. I

Chij. 12. 329. D

Clazomenij. 16. 329. M

Cleomenes. 33. 333. C. 334 C

Condalus. 14. 329. G

Coryn. 27. 332. E

Cyprillus. 1. 327. M

Cyrenenses. 11. 329. D

Dedales. 24. 331. K

Dionysius. 20. 330. E 334. F

Ephesij. 19. 330. D

Enaeses. 32. 333. B

Heraclienses. 8. 328. M

Hippias. 4. 328. F

Iphicrates. 26. 332. D

Lacedaemonij. 9. 329. A

Lampsacenus 7. 328. K

Lydenses. 2. 328. A

Mausolus. 13. 329. E

Memnon. 29. 332. G

Mendes 21. 331. C

Mentor. 28. 332. F

Ophelas. 35. 333. M

Philoxenus. 31. 332. M

Pythocles. 36. 334. A

Selybrianus. 17. 330. G

Stabelbus. 40. 334. D

Timotheus. 23. 331. B

Paraphrasis Aurrois in libros de Republica Platonis Tractatus Primus. 335. H

Tractatus Secundus. 352. L

Tractatus Tertius. 361. B

Quibus libris Platonis correspondeant, et quae Aurroes pertractet, in margine legas.

FINIS.

Aristotelis

ARISTOTELIS STAGIRITAE,

PERIPATETICORVM PRINCIPIS MORALIVM NICOMACHIORVM LIBER PRIMVS,

Ioanne Bernardo Feliciano interprete:

Cum

Auerrois Cordubenſis expoſitione.

SVMMA LIBRI.

De finium diuerſitate. De felicitate, fine ac ſummo bono ipſius felicis. De animæ duplici parte, ac virtutis diuiſione.

De uniuerſali boni appetitu ac finium diuerſitate. Cap. 1.

Bonũ eſt, q̃d omnia appetunt.

Mnis ars, omnisq; diſcendi via, actio itẽ, atq; electio bonum quoddã expetere videtur. quapropter bene id eſſe bonum ipſum aſſeruerunt, quod omnia expetunt. Finium vero quædã videẽ eſſe differentia. alĩ enim operationes, alĩ pr̃eter has opera quędam ſunt. At quorum præter actiones fines aliqui ſunt: in his opera ipſa operationibus cenſentur præſtantiora. Cum autẽ multæ & actiones & ſcientię et artes ſint, multi etiam fines euadant, neceſſe eſt. medicinæ quidem, ſanitas: nauium extructricis, nauis: militaris, victoria: domeſticæ ac familiaris, diuitię ipſæ. Quæcunq; vero huiuſmodi ſunt, ſub vnam aliquam facultatem & potentiã reducuntur: quẽadmodum ſub equeſtrem frenorum effectrix, aliæq; omnes quæ equeſtria inſtrumenta conficiunt: atq; hæc, omnisq; demum actio bellica ſub militarẽ: atq; eodem modo ſub alias aliæ. atq; in ĩs omnibus fines earũ quæ architectonicę habent, magis q̃ reliqui oẽs aliarũ quæ ſubiacent, expetẽdi ſunt: nam illos quoq; horum cã ſectamur.

Fines differentia.

G Neq; tñ interest quicquã, siue operationes ipsæ fines actionũ sint, siue prꝫter ipsas aliud quic piã, sicut in antedictis scientijs.

DETERMINATIO PRIMI TRAC. LIBRI NICOMACHIAE ARISTOTELIS.

DIxit Aristoteles. Quoniam omnis ars, & omnis scientia, & ois actio, & omnis electio rei est

H alicuius, per vnamquamq; quidem earũ bonum aliquod intendi & desyderari videtur: & est finis intẽtus per artẽ, aut scientiam, aut actionẽ, aut electionem. & cùm sit finis istarum cunctarũ hoc, quod omnia appetunt & sit finis earũ omnium: & manifestũ est ꝙ omnia appetit bonum. Et ꝓpterea bene dixit qui descripsit bonũ per hoc, ꝙ ipsum est, ꝙ omnia appetũt. Et diuersitas quidem inter fines intentos p artes esse videtur, non pp diuersitatem artiũ tantũ: licet ex eo quod fines in quibusdam artium sunt actiones ipsæmet, vt in arte saltandi & percunẽdi citharam: & in quibusdam earũ fines sunt acta & non actiones, vt sanitas in arte medicinæ. In artibus aũt,

Bene dixit qui descripsit bonũ per hoc, ꝙ ipsum est, ꝙ omnia appetũt.

In artib⁹, in quib⁹ fines sunt acta & nõ actiones, acta sunt meliora actionib⁹.

I in quibus fines sunt acta, nõ actiones, acta meliora sunt actionibus: cùm actiones, quæ sunt in ipsis, sint grana actorũ. Dixit. Cũ itaq; sint artes & scientiæ plures, & erunt fines plures. vt artis medicinæ finis est sanitas: & artis operandi naues, nauigiũ: & artis gubernãdi bella, victoria: & artis gubernandi domũ, finis est opulentia. Dixit. Artium autẽ quædam sunt subalternatæ aliis: vt

4. ars frenorũ, & reliquæ artes, quibus virtus equestris, sunt sub arte bellica: & sic omnis actio bellica est sub arte gubernandi bella, & sic in aliis generibus rerũ, in quibus speculant artes, sicut inueniuntur in eis artes plures sub arte vna principali in illo genere. & in omnib⁹ istis finis artis principalis dignior est & melior fine artis, quæ sub ipsa est. fines enim artis, quæ sub principali est, nõ quæ quæritur nisi grana finis artis principalis. & nõ est dicta in his, hoc, vt fines earum sint actiones aut acta. K

Quòd vnum actibilium finis, qui ciuilis sit facultatum. Cap. 2. L

SI igitur agendarũ rerum finis aliquis est, quẽ propter ipsum, & propter quẽ alia volumus, neq; omnia ob aliud eligimus (in infinitum enim ita fieret progressus, vanusq; & inanis appetitus noster esset) perspicuum est eũ summũ bonũ, atq; optimũ futurũ. Nonne igitur magnũ ad vitã cognitio ipsius momentum affert? nam si quẽadmodum sagittarij, scopũ habeamus, magis bonum & honestum assequi possem⁹. Quòd si M ita est, experiendum quidnam is sit, figura comprehendere: cuiusq; scientiæ, vel facultatis censeatur. Videretur autẽ esse eius quæ maxime principalis, maximeq; architectonica est: cuiusmodi ciuilis apparet. Quippe cũ ea sit, quæ quasnam esse in ciuitatibus scientias oporteat: tum quales quemq; discere, & quousq; cõstituat. Videamusq; vel maxiẽ honorabiles facultates, qualis

A qualis ē militaris, familiaris, & oratoria, ſub ea eſſe collocatas. Cū enim cęteris actiuis ſcięt̄ijs hæc vtat, quid ītē agendū, a quibusq; abſtinendū pręſcribat, ac ſanciat: eius finis aliarū omnū fines cōplectetur: efficieturq;, vt is bonū ipſum humanū ſit. Nā ſi ēt & vni homini & ciuitati bonū idem ſit: bonū ēt ciuitatis & acquirere & conſeruare, maius quid ac diuinius videt. Ac cōtentus quidē eſſe ēt vnuſquiſq; pōt, ſi vni ſoli: pulchrius
B tñ ac diuinius, ſi genti ac ciuitatibus bonū efficiatur. Hæc igit̄ ſunt, quæ diſcendi hæc via, quę ciuilis quædam eſt, appetit.

DIxit. Neceſſe eſt aūt vt ſint in iſtis reb⁹, quæ agunt, res, quas volumus pp ſeipſas, & ſint res, quas volimus pp aliud: & vt non ſit oīs actio ex actionibus humanis volita pp rem aliā. ſi enim ſic eſſet, procederet in infinitū, nec eſſet finis comprehenſus, & eſſet deſyderiū inane. Cum itaq; ſint hic artes, actiones quarū quæ ſūt pp aliud & artes,
C actiones quarū quæ ſūt pp ſe: manifeſtū eſt q̄ finis eius, quæ quæritur pp ſe, eſt bonū perfectū & optimū rerū, cūm ſint reliqua bona quæſita gr̄a huius boni: & hoc ſiue ſit iſtud bonū vnum aut multa: aut ſit artis vnius, aut artium plurium. Dixit. Et cognitio huius boni ē vltima in vita humana: & eſt grande adiutoriū in venuſtate eius. intelligo p vi tam ciuilitates. Cognito nāq; fine, determinātur actiones, quæ ducūt ad ipſum, & quæ remouēt ab ipſo, & dirigitur intentio verſus ipſum.

Quēadmodum enim accidit baliſtarijs, qui prefixo eis ſigno, dirigūt
D ſagittas ſuas cōtra ipſum, & hic certius attingēt ipſum: & taliter ſe habent holes in adipiſcendo id, quod oportet cognito ipſo, vel dirigunt actiones ſuas, p quas applicant ad ipſum. Conandū eſt igit̄ nobis hic ad cōprehendendum finem iſtum ſm viā deſcriptionis & exēpli. ſ. ſermoni vſi: & ad declarandū quid eſt, & cuius ſcięt̄iarū & artū eſt. Videtur aūt eſſe potiſſime artū, & maxime principātis: & hmōi quidem eſt ars gubernandi ciuitates. Et enim hæc ars principat̄ omnibus artibus, cūm
E determinet quas artes & ſcias oportet eſſe in ciuitatib⁹, & quas artes & ſcias oportet exercere vnūquemq; hominū, & quas artes & ſcias oportet exercere quoſdā hominū, & vſq; ad quē finē oportet diſcipulos peruenire in diſcēdo artes. Cūm igitur hæc ars taliter ſe habeat ad reliquas artū, eſt principaliot earū. Et patet hoc ēt ex eo, q̄ honoratiores artium & nobiliores earū ſupponunt̄ huic arti: vtpote regitiua belli, & regitiua domus, & rhetorica: ſ. ipſa ordinat has artes, & metit̄ eas. Si ergo
F fuerit hæc ars, ſ. regitiua ciuitatum, vtens reliquis artib⁹ & mēſurās eas, & ponēs quid oportet operari, & a quo oportet abſtinere de omni re: neceſſarium eſt vt ſit finis eius ample ctēs reliquos fines artū. Cumq; ſit bonū, quod intēdit hæc ars, illud bonum, quod cōtinet oīa bona, eſt neceſſariū q̄ ſit finis eius bonū illud, qđ appropriat̄ homini in eo q̄ hō. Etſi enim bonū, quod appropriat̄ homini vni, ſit bonum illud in ſpecie, quod appropriatur vniuerſitati ciuiū maius & pfectius: iſtud quidē

Ars gubernādi ciuitates principat̄ oīb⁹ artibus.

G eſt, poſito ꝙ bonū perfectum poſſibile eſt haberi a ſolitario, ſicut poſſe eſt haberi à ciue. ſi aũt hoc non appropriatur, tunc manifeſtius eſt ꝙ hoc bonū neceſſariū eſt inquiri, ſ. bonū, quod appropriatur ciuitati. Dixit. Et ſi fuerit ſuſceptio huiꝰ boni, & cõſeruatio ipſiꝰ ne tollat, amabilis quidé vni, ſ. vt inueniatur ei, et cõſeruetur, erit inuẽtio eiꝰ ciuibus, & cõſeruatio ſua ipſis melior & honoratior: & hoc eſt, quod intendimus p hunc librũ, ſ. inuentio huius boni, & conſeruatio ipſius ciuitatis.

H

De *modo procedendi, & auditore morali.* Cap. 3.

SAtis vero hac de re dictum exiſtimeꝫ: ſi perinde explicatũ fuerit, ac ſubiecta materia poſtulat. Nã exacta tractatio nõ ſimili modo ſ vnoquoq; genere exquirenda eſt: quẽadmodũ neq; in artium opificijs. Honeſta aũt & iuſta, de quibus ciuilis cõſyderat, tantam differentiã, tantumq; errorẽ in ſe habent: vt lege, nõ natura eſſe videãtur. In bonis ẽt talem quendam errorẽ ineſſe propterea patet, ꝙ multis dãna ex ipſis euenũt: nõnulli enim ob diuitias, alĳ ob fortitudinẽ periere. Contenti igit̃ erimus, ſi nos, cũ de talibus & ex talibus diſſeramus, pingui quadam minerua, atq; adũbrata figuratione verũ oſtẽdamus: cũiꝰ de ĳs, quæ plerũq; eueniũt, atq; ex ĳs rõcinemur, ſimilia ẽt cõcluſerimus. Eodem modo ẽt vnuſquiſq; debet ea, quæ de aliquo dĩr, admittere.

Exacta tractatio nõ ſiſi mõ in vnoquoq; genere exquirenda. Idẽ 1. Meta. text. 15.

I

est enim eruditi eatenus exactã K
in vnoquoq; genere explicationẽ requirere, quatenus patri rei ipſius natura põt. Nam & mathematicũ ſuaſionibus vtentẽ approbare: & aboratore demõſtrationes exigere, ſiſe vitiũ vr̃. Verũ vnuſquiſq; ea recte iudicat, quæ cognoſcit: atq; eorũ bonus iudex eſt. vnãquamq; igit̃ rem bene iudicat, qui in ea: abſolute vero oĩa, qui in oĩbus eruditus eſt. Atq; hinc fit, vt iuuenis auditor ciuilis idoneus eſſe nõ poſſit: quippe cũ imperitus L
actionẽ vitæ ſit, ex quibꝰ, & de quibus rõnes conficiunt̃. Adde ꝙ cĩ perturbationes ſequatur, fruſtra & inutiliter audiet. finis enim nõ cognitio, ſed actio eſt. Intereſt aũtẽ nihil, iuuenis ætate, an moribus iuuenilibus aliquis ſit. nõ enim defectus penes tempus eſt: ſed quia & viuit, & ſingula perſequitur ex perturbatione. Talibus enim cognitio, perinde atq; incõtinentibus inutilis euadit. Illis autẽ eſſe perquam vtilis poteſt: qui ſecundũ M
rationẽ & appetitiones & actiones ſuas moderantur. Ac de auditore quidẽ, & quo modo admitti huiuſcemodi rationes debeant, quidq; proponamus, hactenus exorſum ſit.

DIxit. Oportet aũt vt ſufficiat, quod dicet̃ in hoc, qñ fuerint ſermones inducti ſm ꝙ poſſibile eſt in materia ſubiecta. vult vt ſint propoſitiones inductarum, ſicut in pluribus, non autem neceſſariæ.

Dixit.

A Dixit. Non enim in qnirſeda eſt certitudo in omnibus artibus eodem modo: immo oportet vt requiratur in omni arte ſm materiam, in qua ſpeculatur talis ars: quemadmodũ neq; oportet vt inquiratur certitudo in omnibus, quæ aguntur, vno modo. Dixit Res autẽ pulchræ & pertinentes iuſtitiæ: & ſunt illæ, in quib⁹ ſpeculatur hæc ars, ſ. regitiua ciuitatum: tantam habent diuerſitatem incidentem eis, & errorem, eò ꝙ materia ſua ſit poſſibilis, qđ plures opinan ſunt ꝙ bona & iuſta ſũt nobis tantum per legem, id eſt per
B poſitionem: & ꝙ nõ eſt hmõi aliquod bonum & iuſtum per naturam. Et iam accidit ſimile huic errori in bonis, quæ in ſe bona ſunt, eò ꝙ iã accidit pluribus hominum ex ipſis nocumentum: vt qui buſdam iam cõtigit periculũ ex parte diuitiarũ, & alijs ex parte fortitudinis. Dixit Et ꝓp hoc intẽtionis quidem & voluntatis noſtræ eſt, vt perueniamus ad veritatem iſtarũ rerum per viã groſſam, & exemplarem, ſ. per definitiones & deſcriptiones, quæ adaptantur rebus exiſtẽtibus in illa ſpecie, vt in pluribus, ſed non omnib⁹:
C ſicut eſt diſpoſitio in definitionib⁹ materiæ neceſſariæ, & per demonſtrationes quidẽ, in quibus ſint cõcluſiones ſic in plurib⁹. Dixit. Et enim prudentis. Intendo inſtructũ in arte Logices vltimare ſquiſitionem certitudinis i ſermone in vno quoq; genere, in quo ſit ſpeculatio, ſm ꝙ ſuſtinet natura illius generis. Æquale enim peccatum eſt, ſi receperis inſufficientẽ perſuaſionem à domino doctrinali, aut exegeris demonſtrationem à rhetore. Dixit Et vnuſquiſq; hominum recte diri
git iudiciũ circa rem, in qua ſcients D
fuerit. Et iudex diſcret⁹ in re quadã eſt, qui dirigit iudiciũ in re illa eadem, & eſt prudens in illo genere, id eſt cognitor Logices peculiaris, quę appropriat illi generi bon⁹ actu iudicator abſolute eſt, q recte iudicat de oĩ re, de recto vel, & nõ recto: & iſte eſt prudens abſolute: dico eſt, qui prudẽs eſt in arte Logices cõit.

Dixit. Et ꝓp hoc doctrina ciuilis nõ pertinet auditori puero nã puer inexpertus eſt actionũ, quæ debent eſſe in vita, ſ. nõ diſcernit rectum à nõ recto. ſermo aũt hic non eſt niſi de his actionibus, & in his. Dixit, E
Et qm̃ ecce puer ꝓſecutor eſt eorũ, ad quæ ducit eũ anima ſua ex deſyderiis, erit auditio eius ſermonis noſtri fruſtra & inaniter: qm̃ finis noſter in eo, de quo loquimur hic, nõ eſt ſcire, ſed agere. Dixit. Et nõ differt vt ſit qui eſt in hac diſpoſitiõe puer ętate, aut puer morib⁹. defect⁹ enim ſequẽs virtũ deſyderijs nõ eſt ex breuitate tpis. nam ſi eſſet ſic, nõ inueniret ſenex proſecutor deſyderij. & ꝓp hoc non proficit iuuenes per hanc cognitionẽ: ſicut nec proficiunt per eam completi, qui non retinent ſe à delectationibus. Dixit. F
Illis autẽ, qui deſyderant & agunt, ſm ꝙ dictat intellectus, & ratio, per utilis eſt ſcientia, quæ hic tractatur.

Dixit. Hoc igitur eſt, ad quod nos oportuit peruenire in procœmio noſtri ſermonis, ſ. qualis debeat eſſe diſcipulus huius artis in morib⁹ ſuis. Et quod eſt propoſitum noſtrũ in hoc ſermone, & eſt gubernatio ciuitatum: & cuius generis ſunt ratiocinationes, quibus vtimur in tẽpore, ſcilicet oportet eſſe ordinem earũ in credulitate, aut formatione.

G *De summo bono, & reliqua studiorum adoctrione.* Cap. 4.

NVnc iam dicamus repetita oratione, qm omnis cognitio, oistq electio bonū quoddā appetit: quidnā illud sit, quod ciuilem appetere dicimus: quidq illud, quod omniū agendorū bonorū summū est. De nomine sane inter oēs fere constat. nam & pleriq & elegantes felicitatē id appellant: & felicē esse idem quod bene viuere, beneq agere esse opinantur.

H De felicitate vero, quaenā sit, dissentiūt. neq simili modo & vulgus & sapientes eam definiunt. nōnulli enim aliquid ex ijs, quę euidentia, manifestaq sunt, vt voluptatē, vt diuitias, vt honorem: alij aliud eā esse dicūt, sępe et fit, vt idem de ea diuersa opinetur. cū enim aegrotat, sanitatem: cū pauper est, diuitias summum bonū putat. qui aūt ignorantię conscij sibi ipsis sunt, eos admirātur, qui magnū quid ac supra vires suas referunt. Nonnulli vero praeter multa haec bona aliud quoddam p se bonum esse existimarunt: quod esset in causa, vt ofa etiā haec bona sint. Sed oēs velle opiniones exquirere superuacaneū fortasse est: satisq erit, si eas solūmodo inuestigem⁹, quae extāt maxime ac supereminent: vel videnť rōnē aliquam in se habere. Neq tū illud nos lateat, differre fter se disputationes, quae vel à principijs fiunt, vel ad principia. Recte enim et Plato de hoc dubitabat: quaerebatq, vtrū ne ab ijs quę nota sūt. Quocirca bene moribus institutus esse debet, qui de honestis et iustis, ac omni denique ciuili re ē cōuenienter auditurus. principiū enim est, q sit: atq id si satis constituerit: nihil amplius erit opus indagare, cur sit. Et q eiusmodi est: vel iā habet: vel accipere principia facile potest. Cui vero neutrū horū adest, Hesiodum audiat haec dicentem.

Optimus ille, potest qui ex se cognoscere cuncta. »
Ille bonus, monitis qui aliorum obtemperat. atqui, »
Ex se nec nouit, nec quae bene consulit alter »
Percipit, admittitq animo: est ignauus, inersq. »

K An ab ijs, qui a principijs via esset recta Plato dubitabat.

L

M

DIxit. Nunc aūt reuertamur ad id, à quo incœpimus à principio, & dicamus, cùm p omnē cognitionē, & omnē electionem nō desyderetur nisi bonū aliquod, quod est bonū, quod ars gubernādi ciuitates habet, & intendit: & est illud, quod appetimus p ipsām, s. bonum excellentius & altius omniū bonorum. Dicimus igitur q pene ab oībus cōcordatū est in esse eius, & in ipsius nominatione. nā plures hominū & peritiores

A periores ipſorũ opinati ſunt ꝙ decor vitæ & decor cõuerſationis eſt, vt cõuerſatio acquirere faciat felicitatẽ. Verũtñ inuenimus eos diſſentientes, & in definitione huius felicitatis, i. diſſentiunt in hoc quid ſit. Quidã enim hominũ dixerũt, ꝙ felicitas eſt aliquid ex rebus apparentibus: de quibus manifeſtũ eſt ipſas eſſe bonũ. Quidã ergo dixerunt ipſam eſſe voluptatẽ: quidam aũt diuitias & opulentiã: quidã vero honorẽ: alij aũt aliud aliquid præter hæc. Et vt cõſyderando in opinionib⁹ hominũ circa ipſam, inueniES
B cualibet ſectã ponentẽ eã in partẽ alteram ab ea in qua ponit ipſam ſectã aliarũ ꝙ inuenimus vnũ eundem variantẽ dictionẽ ſuã circa ipſam ſm varietatẽ ſtatus ſui. Infirmꝰ aũt dicit ſanitatẽ: depauperatus aũt diuitias. D. Cũ aũt plures recognoſcunt ignorãtiam ſuã de quiditate ipſius cũ hoc ꝙ cõueniunt in cõfeſſione ſui eſſe eã, admirãtur dictum eius, q dixerit de ea dictione ſuperexcellentẽ hoc, quod ipſi intelligũt de ea. D. Et tã putauerũt quidam ꝙ hoc eſt bonum aliquod exiſtẽs p ſe extra animã præter bona iſta mul-
C ta: & ꝙ bonũ hoc eſt cauſa bonis omnibus vt ſint bona. vnde quod iſti opinati fuerint ꝙ cognitio huius boni quod extra, & applicatio ad ipſum eſt beatitudo: vt dicẽtes ideas eſſe. D. Fortaſſis aũt inquiſitio de oĩbus opinionibus dictis de beatitudine onerоſa ẽ & inanis: ſufficit enim de famoſioribꝰ earũ inquirere, aut de quibꝰ putat ꝙ in ipſis ſit argumẽtũ perſuaſiuum. D. Et nõ oportet vt nos lateat qd intereſt inter demſones, q hũt ex principijs terũ primarum, i. & inter demſones, quę ducũt ad cognitionẽ cauſarũ, videlicet ꝙ D
inter eas eſt dria magna ſm ꝙ declaratum eſt in Lib. Demõſtrationis.

Dixit. Et pp hoc rẽcte dubitauit Plato circa hanc intẽtionẽ, & dixit, verũ via, quæ ducit ad principia, eſt ſicut via, quæ à doctore exercitij in ſtadio rẽdit ad poſtremũ ſtadij, aut ecõuerſo. Veruntamen vt oportet vt incipiamus in doctrina à rebus manifeſtis. Res aũtẽ iſtæ dupliciter Idem 1. Phy. t. c. 2.
ſunt. quædã earũ ſunt manifeſtæ ſm nos tantum, & ſunt illæ, ex quibus procedimus ad principia abſolute: & quędam earũ ſunt manifeſtæ ſimpliciter, & ſunt illæ, quæ manifeſtæ E
ſunt ſm nos & ſm naturã: & ex his equidem procedimus à priori & ad poſterius. In hoc autem fortaſſis expediẽs eſt vt incipiamus à rebus manifeſtis apud nos. Vnde oportet eũ, qui vult inſtrui in rebus pulchris & iuſtis, & vt in rebus pertinentibus ciuilitati inſtructione ſufficiente vt ſint mores eius ſm ꝙ oportet. Qui enim talis fuerit in moribus, tã habet ſcientiam harum rerum, quare ſunt tantum, ꝙ eſt principiũ ſcientiæ rei. ſi aũt hic contentus fuerit, non eſt indigens in virtute ſua ſcientiæ, quare res eſt: & eſt principium, F
quod ordinatur poſt ſcientiã, quia res eſt. Qui ergo fuerit talis in moribus, hẽt principia & ſuſcipiet ea facile: dico principiũ quare, & principium pp quid. Qui autem neutrã adaptationẽ habuerit, id eſt nec eſſe nec cauſam, animaduertat ſermonem Poetæ diſtantis. Optimus eſt "
hominũ qui à ſemetipſo intelligit "
quid expedit. qui aũt ab altero hoc "
intelligit, eſt in via directionis. qui "
vero nec à ſemetipſo intelligit nec ab altero recipit, hic vir eſt inutilis.

G *Quòd felicitas non ſit voluptas, honor, virtus, aut diuitiæ. Cap. 5.*

SEd nos eò redeamus, vnde digreſſi ſumus. Bonũ enim & felicitatẽ non abſq; rõne homines ex varijs viuendi modis videntur exiſtimare. pleriq; quidẽ atq; importuniſſimi voluptatẽ eſſe putant: vnde etiam fruitioni deditam vitam amãt. Tres enim ſunt, quæ maxime excellunt vitæ, hæc, quã modo dixi: tum ciuilis: ac cõtemplatiua tertia. Pleriq; igitur ſcruiles H prorſus videntur, cũ pecudum vitã digãt: rationẽ tamen propterea cõſequuntur, quia multi ex ijs, qui in poteſtatibus ſunt conſtituti, diſſolutã perinde ac Sardanapalus vitã traducunt. Elegãtes vero & ad agendũ idonei, honorẽ eſſe felicitatẽ exiſtimant: hic enim ciuilis vitæ ferè finis eſt. Sed hic tñ remotior ali quantulo eſſe ab eo ipſo qđ quærimus, bono videtur: magis enĩ in ijs qui honorem exhibent, q̃ qui eõ afficiuntur, conſiſtit. bo- I num vero ipſum eiuſmodi eſſe diuinamus: vt propriũ quoddã ſit, quod auferri facile nequeat. Preterea ſectari honorem ob id videntur, vt ſeipſi bonos eẽ credant. Quæritũr enim â prudentibus, & ab ijs â quib⁹ cognoſcuntur, & ob virtutẽ honore affici. Perſpicuum igitur eſt, horũ ẽt ipſorũ ſententia honore virtutẽ eſſe poticrẽ. vnde fortaſſe ẽt aliquis magis eſſe eam ciuilis vitæ finem exiſtimaret. ſed imperfectior tñ etiam ipſa eſt. Videtur K enim fieri poſſe, vt qui virtutẽ habeat, vel dormiat, vel in vita nihil agat: malis præterea affligat, ſitq; maxime infortunatus: cuiuſmodi hominẽ ſane felicẽ appellarit nemo, niſi qui ſeruare poſitionẽ velit. Ac de his quidem hactenus: ſatis enim ẽt in circularib⁹ de ipſis dictum eſt. Tertia vita eſt cõtemplatiua, de qua in ſequẽtibus cõſyderabimus. Pecuniaria vero violenta quædã eſt: & diuitiæ neq; ipſæ procul dubio ſunt id quod quæ- L rimꝰ, bonũ: ſunt enim vtiles, alteriuſq; cauſa cõparantur. Iccirco ea potius, quæ prius dicta ſunt, eſſe fines aliquis exiſtimaret, eõ q̃ ꝓp ſe expetũtur. ſed neq; illa tamen videntur: licet multæ ad ipſa hæc cõiectæ rõnes fuerint. hæc igitur miſſa faciamus.

DIxit. Incipiamus ergo, & dicimus q̃ homines in opinatione ſua de bono & felicitate, qm̃ exiſtimant in vita fm q̃ vidẽt, nõ deuauerunt à rectitudine. hæc enim eſt res in qua cõueniunt. Veruntñ vul M gares & groſſi putãt q̃ hoc bonum ſit voluptas: & q̃ vita ciuilis faciens lucrari felicitatẽ, eſt vita lucratiua voluptatis, & fiunt quidem famoſi, ppea q̃ multi potẽtes ſuꝑ res regni ſimilant Sardanapalo in immergẽdo ſe voluptatibus. Illi aũt, q ducũt vitã bonã, & operares ſunt actionũ nobiliũ, ſ. q preeligũt honeſtũ, eſtimãt bonũ iſtud eẽ honorẽ: & q̃ vita hũana eſt ad lucrãdũ hoc bonũ, donec ferè putet q̃ honor ſit finis gubernatorũ ciuita tũ, dico principes.

Cùmq;

Honor magis ẽ in ijs, qui honorẽ exhibẽt, q̃ qui eõ afficiũtur.

A Cùmq; exquisite consyderatæ fuerint vitæ, videt̃ ꝙ excellentiores earum & ꝓpollentes sint tres: vita voluptuꝙa, & vita honoris, & vita cõtẽplatiua. dico ſm illos, qui dignorẽ iudicant contẽplationẽ & virtutẽ. Vulgares autẽ videmus propinquos ſeruis & eligentes vitam pecudũ in dicto ſuo, ꝙ finis vitæ humanæ ſit voluptas. Dicit. Eorũ vero, q̃ dixerunt ꝙ finis ſit honor, apparet corruptio ex eo, ꝙ d̃ re honoris manifeſtũ eſt ꝙ ipſe vilior eſt ꝗſito bono

B ꝓpter ſuum viuẽdi humanũ. Videt̃ enim ꝙ honor potius eſt in honorãte q̃m in honorato: dico bonũ illud qd̃ eſt honor. bonũ aũt, qd̃ eſt felicitas, nõ eſt niſi in actore ſuo: & ꝓp hoc difficilis ẽ ablatio eius ab ipſo. Amplius patens eſt ꝙ multi illorũ, qui ſtunt honorẽ, maxime ſtunt ipſum quatenus ꝓ hoc affirment ſe eẽ bonos: & nõ ſtunt honorẽ ab intelligẽtib⁹, & ab his, q̃ noti ſũt à virtute. manifeſtũ eſt ergo ſm viã ipſorũ ꝙ virtus melior ẽ honore, quare fortaſſe ẽſtimandũ eſt virtutẽ potiuſ eſſe finẽ vitæ ciuilis q̃ aliud. Attamen inſufficiens vt eſſe & hoc. Si n. ſit eſſet, nullũ oporteret excuſare

C ſe à ſomno. videmus n. ſe poſſe dormite hoſem, & habere virtutem. Et ſm hanc ẽt radicem poſſibile eſt ei vt ſit felix, & nihil operans tota vita ſua, aut laborans, vel carens proſperitate ꝓ maioribꝫ rerũ ſuarũ. Et manifeſtũ eſt ꝙ non opinat̃ aliquis de hmõi ipſum eſſe beatũ: neq; dicit hoc de tali, niſi velit ꝓ hoc cuſtodire poſitionẽ, vel radicẽ, quã poſuit, & crudelitatẽ quã defendit: dico ſm modũ contradictionis lingua ſua, non corde. Dicit. Et iam diximus de iſtis rebꝫ in dictis noſtris famoſis quantũ ſufficit. De vita aũt tertia, & D eſt vita cõtemplatiuorum, perſcrutabimur in poſtremo. Dicit. Lucrũ autẽ & diuitiæ manifeſtũ eſt ꝙ non ſunt bonum, qd̃ quæritur per regimen ciuile. vtilia quidẽ enim ſunt ad aliud, & non quæruntur niſi ꝓpter aliud: felicitas aũt nõ ꝗrit̃ niſi ꝓp ſe: quare prædicta potius æſtimãda ſunt fines nõ eſſe, cũ nõ quærantur ꝓp ſe. & ideo locuti ſumus multũ de eis in alio loco, & oñdimꝰ ſupradictũ eſſe dictũ dicentis eas eſſe fines. opꝫ ergo vt relinquamus illa.

Honor potius est in honorante q̃m in honorato.

Quòd non ſit Idea. Cap. 6. E

MElius vero fortaſſe eſt, vt vlꝫ cõſideremus, & cũ quo dicat̃ inquiramꝰ. quanq̃ arduã nobis hanc quæſtionẽ futurã eſſe video: ꝓpterea ꝙ amici ſunt, qui formas introduxerunt. Sed forſan rectius eẽ, & oportere videreť: vt ꝓ veritatis ſalute vnuſquiſq; & præſertim philoſophi ſua quoq; ꝓpria refutarent. Nã licet amici ambo ſint, ſanctum eſt veritatẽ

Rectius eſt ꝓ veritatis ſalute ſua ꝓpria refutare ꝓ ſertim Philoſophum.

F ipſis ſi honore anteponere. Qui igit̃ hãc opinionẽ attulerunt, an illis ideas nullas faciebãt, ſ quibꝰ prius et poſterius aliquid diceret. Vnde neq; numerorũ ſpeciẽ, id eſt idẽ conſtituebãt. At bonũ dr̃ & in eo quod eſt quid, & in quali, et in eo qd̃ eſt ad aliquid. Quod vero per ſe eſt et ſubſtantia, prius eo natura eſt qd̃ eſt ad aliquid. eſſe. n. hoc appendix ꝙdã videt̃ atq; accidens eius qd̃ eſt. Quare communis aliqua in his idea eſſe non poteſt. Præterea

Quod p ſe ẽ, prius natura eſt eo qd̃ eſt ad aliquid.

G terea cū bonum totidem modis dicatur, quoc illud quod est (nam et in substātia dicitur, vt Deus & mēs: et in qualitate virtus: & in quātitate mediocre: et in eo quod est ad aliquid, vtile: & in tēpore: occasio: et in vbi, diuersatio: & alia hmōi) ꝓspicuū est cōe aliquod vīt atq; vnum esse non posse. non enim in oībus denuncupationibus, id est prædicamentis, sed in vno tantum diceretur. Præterea in ḣs quæ vnam habent ideam, vna
H quoq; scīa esset atque ita bonorū omnium vna quædam scīa eēt. sed multæ sunt scientiæ eorum etiam quæ sub vna denuncupatione cōstituunt. vt occasionis bellō, militaris ars: in morbo, medicina. & mediocris: in alimento, medicina: in laboribus, exercitatoria. Dubitaret aūt q̄spiā quid nā velint per se vnūquodq; dicere: si & in per se homine & in homine vna & eadē ratio hominis est. nā quatenus hō, nihil different. Quòd si ita
I est, neq; quatenus bonum, quic quā distabunt. Veruntī neque quia sempiternum aliquid est, ideo magis bonum erit: siquidē neq; albū quod diutius, q̄ quod vno die tm durat, albius ē. Probabilius autem de ipso Pythagoreī dicere vident: cū vnū in bonorum consortio constituāt: quod quidē secutus videt etiā Speusippus. Sed de his alia fit dissertatio. In ḣs vero q̄ dicta sunt, cōtrouersia q̄dam subest: propterea q̄ non de oī bono rationes dicūt sunt: sed sm vnam speciem eā dicuntur, quæ per se amantur & appetuntur: q̄ vero hæc conferuant, aut efficiunt quodammodo, aut cōtraria prohibent: propter hæc alioq; modo bona dicunt. Perspicuum igit est bona duob⁹ modis dici: alia per se, alia propter ea q̄ per se dicuntur. Seiungamus igitur bona hæc per se ab vtilibus: ac cōsyderemus an ea sm vnam ideā dicantur. Qualia vero esse per se bona aliquis statueret ⁊ an ea
K q̄ vel si sola relinquant, persequmur: vt sapere: vt videre: vt voluptates nonnullæ, & honores. nam licet hæc ob aliud quippiā persequamur: esse tñ ex ḣs quæ sunt per se bona, statuere aliqs posset. An ne aliud quidē quippiā præter ideam ⁊ Quare vana erit species. Quòd si hæc quoq; per se bona sunt, necesse erit eādem in oībus ipsis boni rationē existere: quemadmodū eadem in niue et cerusa albedinis ratio
L est. at honoris, prudentiq, & voluptatis sī eo q̄ bona sunt, diuersę ac differentes rōnes reperiuntur. Nō est igitur bonū commune quid in vna idea. Sed quonā modo dicuntur ⁊ non enim videntur esse æquiuoca à fortuna: numquid eō q̄ ab vno sunt, vel ad vnum omnia ipsa conferuntur ⁊ An magis sm proportionem. nam quemadmodum in corpore est visus: sic in anima est mens: & aliud in alio. Sed
M amis-

Albū dicitur nō ē albius albo vnius die.

h. aut alia p se, alia pp ea q̄ pp se.

A omittenda in præſentia fortaſſe hæc ſunt. exacte enim de his tractare ad aliam magis philoſophiam ſpectat. Simili modo ꝛt de idea. Nam etiam ſi vnum aliquod ſit, quod communiter deſideretur bonũ, aut ſeparabile quid ipſum per ſe ſit: manifeſtũ eſt id neq; agi neq; acquiri ab hoſe poſſe. Nunc autẽ tale quid q̃rit. Melius vero fortaſſe aliquis videret eſſe, ſi ipſum cognoſceremus ad ea quę acquiri actu agi poſſunt, bona. nã quaſi

B exemplũ id habentes magis ea q̃ nobis bona ſunt cognoſcere, ꝛt ſi cognouerimus conſequi ꝛt poſſemus. Hæc quidẽ ratio probabilitatẽ quãdã habet: ã ſciẽtiã tñ vr diſſentire. oĉs.n. cũm bonum quoddam appetãt, idq; quod ſibi deeſt, inquirant: cognitionem eius prętermittunt. Dubium ſanẽ etiã eſt, quam vtilitatem conſequatur textor aut faber in ſua arte: ſi bonum ipſum cognoriſ. vel quo mõ medicus ad medendũ, aut dux ad

C imperandũ peritior reddetur: ſi ideam ipſam cõtẽplatus fuerit. Nã neq; ita ſpeculari ſanitatẽ medicus vr, ſed hoſis ſanitatẽ: ſmo vero fortaſſe huius hoſis ſanitatẽ: quippe cũ ſinguhs medeaẽ, ac de his quidẽ hactenus.

DInt De bono autẽ vñ, qđ opinant quidã beatitudinẽ eſſe, melius viſum eſt nobis vt hoc ſcrutemur, & cõſyderem' qualiter ſe habet: quanuis ingſtio de ipſo grauis ſit nobis, ꝓpter hoc, ꝙ quidã amicorum noſtrorum dixerunt ideas D eſſe. Verumtñ viſum eſt nobis melius eſſe, vt obſeruemus veritatẽ, & expendamus proprietatẽ ſermonũ noſtrorũ in eius defenſione, qñ fuerit neceſſarium hoc nobis, ꝛt ſi non ꝓfitemur philoſophiã: quãto magis ipſam profitentes & dignaſſimã iudicantes & anteponẽtes. cum enim qñ fierit nobis duo amici diſſidentes quorũ alter verum, veritati conſentiendũ. D. Qui ſũt hĩc innouerũt opinionẽ. ſ. poſitionẽ ideaꝝ, nõ poſuerunt eas exiſtere in rebus. I quę eſt prius & poſterius in eis: ſed in rebus vnius oĉdinis eſt: & nõ põt poſuerũt ideas. Veritẽ ex diſſimilibꝰ ſeq; vt ſint ideę. I hmõi vnũ ſ. ordinatis: eſt bonũ vñ dicit de ſubſtantia, & de q̃li, & de relatiõe, ſeq; ſubſtãtia relatione prior nãtura. ꝙm nãq; ſunt relatiões, q̃ videnť nõ eſſe eẽ niſi i anima. & de multis eſt manifeſtũ eſt, ꝙ ſunt res oĉidentes alteri, qđ ita ſit, neq; horũ erũt ideę cões extra animã. Amplius bonum his modis dicit, quibus & ens. bonũ enim dicitur de ſubſtantia, quẽadmodum de Deo & intellectu, ꝙ eſt bonus: & dicit de quali, vt de virtute: & de quanto, vt de æquali: & de F de relatione, vt de conferente: & dicit de tẽpore, vt de hora cõueniẽte: & dicit de loco, vt de habitatiõe. eo dẽ modo de reliquis rebus, de quibus dr nomen entis, vel de decẽ ꝑdicamẽtis. C. Cũ igit nomẽ boni ſynonymẽ dicat nomini entis, dicet ambigue de decẽ ꝑdicamẽtis. i. nõ ſm intẽtionẽ vnã, quã ꝑticipẽt decẽ ꝑdicamẽta: & manifeſtũ ẽ ꝙ ñ ẽ hoc bonũ vnũ cõe vlẽ Si n. ſic eẽt, ñ diceretur de omnibus ꝑdicamẽtis, ſed de vno ipſorum tantum. Nam natura

Ens & bonũ eſt nomina ambigua.

vna

G vnū cōes non est nisi m ꝓdicam̃to vno. & est nō sic hęc nā cōis alb' rebus, quāc nō est hęc idea vīa. i. extra animā vna, sm ꝙ videbat hic Plato. D. Ampli' ſcia qdā, eorū q̄ vna sunt idea, vna est ſcia: ſi ergo bonorum omnium vna esſet idea, esſet eorum omnium vna ſcia. non est ita hc. ſed nonne omnium bonis, q̄ sunt in vno ꝓnchameno, plures, vt hono' cognoſcibi: est n. in ꝓpoſito quando. verumtamē ſcia bonor' consentanea in bello pertinet ad artē bellandi: & cōsentanea in medicinone ꝓtinet artē medici-
H næ. ſicḡ est de ſcia temperari, quod est ad aliq̄d. ſcia aut̃ quādē eorū in dicto pertinet ad artē medicinę: & in labore pertinet ſcię exercitiorum. D. Veruntamen dubitatio ris ē vt dubitet in hoc, & dicat, qm̃ nō est hic bonum nisi bonū particulare, & terminus boni particularis, & vīus est vnus: & terminus boīs particularis & vīus: & enim sicut non est dīa inter verum quę in esse hominem, ſcilicet inter particulare & vīe, sic ſe habet in bono vīi & particulari. & cum sic sit, nō est differentia inter bonū, & bonū, ſ. vniuerſale & particulare, nisi
I ꝙ vnum eorum est *perpetuum*, ſ. vīe, & alterum non perpetuum. Et non facit longitudo tꝑoris in vno eorū, & breuitas eius in altero neceſſario *diuerſitatem*, *i. in ſubſtātia* eorū in magis & minus, neq; in fortius & debilius vt in albo lōgi tꝑoris: ipſum n. nō est magis album albo breuis tꝑoris. D. Et vt probabi

Albū longi tꝑoris nō ē magis album albo' breuis tꝑis.

lius eſſe, qd dixerit in hac mētione Pythagorici, ſ. ꝙ est idea cōis separata, qn̄ poſuerunt ꝙ hæc idea, q̄ ē bonū ē abſolutum, est ipſum vnū. & fili' secutus est eos in hoc Speuſip pus quidē alius. D. Verumtamē ſecunda K
tio in ea idea vīe alterius est ſcia.
In hac aut̃ noſtra qōne videt̃ esſe dubitatio quędā, ex hoc ꝙ pōt quis dicere, qm̃ ſermo, in quo argumentis bona esſe multa, est de omni bono: quę ſi est hoc nomen est oē bonum, ſed bona quæ ſunt bona per ſe: & hęc dicunt̃ ſm vnā ſpēm. Illa aut̃, quę dicunt̃ cum his per modū acquiſitionis, ſunt factiua horū, & cuſtodiciua aliquo modorū, aut̃ prohibitiua cōtrariorū. de his n. nō dicitur ꝙ ſint bona niſi gratia iſtorū, ſ. q̄ ſunt bona p ſe. D. Sed cū ſit manifeſtū ꝙ bona dicunt̃ ſm duos mo L
dos, ſ. bona per ſe, & bona gr̃a iſtorū, i. vtilia ad hoc: & ſit quidē p̄cretano hęc de bonis, quę ſunt bona p ſe: tūc op̄ vt ingrām̃ de iſtis bonis an ſint in vna idea, an nō. Dicim̃ ergo ꝙ nō credit aliq̄s ꝙ hęc ſint bōa p ſe, niſi bona q̄ ſunt ſm ſuā ſingularitatē, & qā i. ſe diſtinguit̃ vt intellectū & ſpeculatio, & quędā voluptates & honores. has enim ponit q̄ſquis ſm vīū dicendi ideam gr̃a rei alterius, ſ. idē, tñ pōt q̄s ſm modū aliquē ponere in bonis per ſe: niſi ſit ita, ꝙ non ponat aliq̄d bonū prę
terquā ideam. erit ergo ſpēs *innatis*, M
dico cōpoſiti ex materia & forma. Si aūt fuerint bona hæc ex bonis p ſe, dico cōpoſita: & ſit bonū in ipſis vnum: oportet vt ſit terminus boni in eis vnus & idem, ſicut terminus albi, qui est vnus in nive, & in ceruſa, & in alijs rebus albis, ſ. non diuerſificat̃ terminus albi ex eē ſuo

Nō diuerſificat̃ terminus albi ex eē ſuo in niue, & ceruſa.

ſi niue & in ceruſa. D. Manifeſtū verō ē ꝙ deſiōnes iſtorū bonorū triū, q̄ ſunt bona per ſe, dico bonorū, intellectū, voluptat̃, alterę ſunt & diuerſæ ſm ꝙ bona. Et cū ita ſit, non

hāt

A hñt bonũ eſſe eis idem vnum, ita ꝙ dicat nomen boni de ipſis vniuoce: neq; ẽt dicitur de eis pure æquoce, ita ꝙ nihil habeant cõmunitatis niſi nomine ſolo. illa n. quę ſic ſe habẽt, nõ participant niſi ſolã dictionẽ. Conueniens tamen aũt eſt vt nomẽ boni dictũ de ipſis ſit ex ſpẽbus participationis, ꝙ nominat ambiguitatẽ: ſi ſit vt nomen ambiguum, qđ dr de rebus multis: aut quia veniunt oĩa ab intentione vna: aut qa tendunt ad finẽ vnũ: aut qa dicunt de rebus multis cõſimilibus, ſicut eſt nomẽ principij, quod dr de corde in animali & de fundamẽto in parietẽ. eſt n. cõparatio cordis ad animal, ſicut comparatio fundamẽti ad parietẽ: & ſic eſt nomen per ſectionis dictũ de intellectu & ſenſu. etenim habitudo intellectus ad animã ẽ ſicut habitudo ſenſus ad corpus. & dignius hic trib⁹ boni eſt vt ſit nomẽ boni dictũ de eis ſm viã, quæ dicit de proportionalibus. D. Oportet aũt vt dimittamus hãc diſputationẽ in hoc loco: alterius. n. inquiſitionis eſt. vult ꝙ ſint artes Logices vel Philoſophię priæ.

Nota hic diuerſos gradum & modos analogiæ. vide q. 4. arti. 2.

B

C D. Et ſit ſermo de ideis & inueſtigatio de ipſis inquantũ ſunt ideę pertinet ſcię alteri. vult Philoſophiam primã. D. Qđ aũt hic apparet, eſt ꝙ ſi fuerit bonũ q̃ſitũ nominatũ, veꝝ felicitas, reſerit per ſe non eſſe ꝑdicabile de nobis aut ſeparatũ. nã cõmune illud bonũ non eſt inuenibile nec acq̃ſibile. Nos aũt hoc loco quidẽ inquirimus bonũ potens acquiri à nobis, & operabile p̃ voluntatẽ. cũ ſit quidẽ hęc ſcia ſpeculans in rebus, quarũ principiũ eſt voluntas, i. cuius ſuctio ptineat nobis. D. Fortaſſis aũt putabit quis ꝙ bonũ acq̃ſibile melius inueniet quidẽ, qñ cognitũ fuerit bonũ vſle, quod ſe habet ad bonum, quod eſt acquiſibile ad modũ exemplaris, qđ habẽtes, erimus in cognitione rei p̃fectioris. Et qñ ſciuerimus bonũ, qđ eſt tanquã exemplar boni, qđ eſt poſſibile haberi à nobis, erimus potentiores ad eius intẽtionẽ. Dico aũt ꝙ ſi aliqd probabilitatis habet ſermo iſte, veruntñ hæc aſſertio diſſonare vt ei ſimile res hãt in oĩbus ſcientijs & artibus: dico dictũ dicentis, ꝙ hęc ſunt bona vſia, ſi ſunt exẽplaria vniuſcuiuſq; exiſtẽtis boni: & qñ non ſit res iſtas qui nõ ſciuerit vſle illi⁹ rei, ſicut non ſcit rẽ qui nõ ſciuit exemplar eius. Videmus n. in oĩb⁹ ſcientijs nõ inqri in totalitate earũ, niſi vt ſciat̃ res ignorata in tali ſcia, q̃ ſcita per demonſtrationes iã perfectę habetur ſcia eius: & ſi non ſciatur vſle illud, qđ eſt exemplar ipſius, & eius idea, ſi quã dixerunt pnẽtes ideas. & ſi hoc eſſet, rũc cõditionaret̃ in cognitione rerum ſpeculantarũ. neq; ẽt excuſatio oĩbus artibus & oĩbus ſcientijs ignorãtię quid cõferat auxilij in notitia artiũ & ſcientiarum cognitio ipſi⁹. Etenim de nã artiũ naturalium & ſciarũ eſt, vt non occulteatur ei hmõi auxilij quantitas, & ne ignorent eã, intendo, ꝙ non oporteret ignorari à textuſ, & à carpentario quantum cõferat ſcia ideæ vſis artis ſuę ad ſcibilẽ artẽ ſuã: neq; à medico, ꝙ ſit magis medic⁹, intẽdẽdo ad ideã medicinę vſum: neq; à duce exercit⁹, ꝙ ſit pfectius ſciẽs eius, qñ ſpeculatus fuerit hanc ideã. Sed de nouis ẽ, ꝙ medic⁹ nõ ſpeculatur in ſanitate iſto mõ, neq, ſi diget ſcire cognitiõe ſanitatis vt ſpeculet̃ formã ſanitatis vſem: Imo certe ſpeculat̃ in ſanitate hois cõpoſiti: intelligo

D

E

F

Hæc ſcia ſpeculat̃ res quarũ principiũ eſt volũtas.

Sed de nouis ẽ, ꝙ medicus non ſpeculat̃ formã ſanitatis vſum i medicãdo. Id. i. ꝙ no mota. ij.

go ſpeciem & non in ſpecie eſſum, verum in ſingulis hominis particularibus ſignatis, ſ. Socratis vel Platonis: qñ carne modĕ ſi diuidat, in ſpĕm.

De felicitate ſubiecta, ſubiectaq; & præcepta in vnoquoq; genere obſeruanda. Cap. 7.

NVnc igitur redeam⁹ ad id, quod quærimus, bonum: quidnã id ſit inueſtigemus. vt enim aliud in alia actione, arteq; eſſe. nã aliud in medicina, aliud in re militari, & reliqua ſunt. Quid igit vniuſcuiuſq; bonum eſt? An id, cuius grã cætera agunt. hoc aũt eſt in medicina ſanitas: in arte militari victoria: in ædificatoria domus: ſic deniq; actione & electione ſingulis ipſe, cui⁹ gratia reliqua oſa agunt. Quare ſiquis cõmuniter ſtatuendorum omniũ finis eſt. id agĕdũ bonũ erit. Sin plures, hi ipſi. Iã vero digrediendo in idĕ deuenit oratio. Quocirca magis emitĕdũ, vt hoc idem declaremus. Qm̃ vero plures eſſe fines videnť: & horũ quoddã ob aliud expetimus, vt diuitias, tibias, inſtrumenta deniq; oſa: non oẽs eſſe perfectos perſpicuũ eſt. at optimus finis eſſe quid perfectũ vť. Quare ſi vnũ aliquid erit quod pfectũ ſit, id erit quod quærimus: ſin plura, id quod perfectiſſimũ horũ eſt. Id autĕ, quod per ſe ſectandum ĕ, eo perfectius dicimus, quod propter aliud appetimus: qñq; nunquã ob aliud eligendũ eſt, ſic q & per ſe & ob aliud expetimus. At id abſolute aũt perfectũ, qđ ſemper per ſe: nunquã ob aliud expetĕdũ eſt. Eiuſmodi aũt vť felicitas maxime eť. hãc.n. propter ſeipſam ſemper, & nunquã ob aliud expetim⁹. At honorĕ, voluptatĕ, mentĕ, ac virtutĕ oẽm ĕt pp ipſã expetimus: quippe cũ eadĕ expeteremus, ĕt ſi nihil Ide nobis eueniret: felicitatis tñ cã ĕt ipſa eadĕ expetim⁹, ex his felices nos futuros exiſtimãtes. horũ vero cã nullus felicitatĕ, neq; oĩno ob aliud quippiã expetit. Idĕ vero ĕt ĕ ſufficiẽtia vť euenire. perfectũ.n. bonũ eť ſufficiẽs apparet. Sufficiens aũt dicimus nõ ipſi ſoli, qui vitã ſolitariã agit, ſed parentibus, ſed filijs, ſed vxori, amicis deniq; ac ciuibus: qñquidĕ hõ ciuilis natura eſt. Horũ tñ terminus aliquis ſtatuendus eſt. nã ſi ad parentes, & nepotes & amicorũ amicos hoc pẽderimus: in infinitũ res pgredieť. Sed de hoc alias cõſiderãdũ. Sufficiens vero id eſſe ſtatuimus, qđ ſi ſolũ relinquať, ſufficiẽtĕ arq; expetibilĕ vitã, nulliusq; rei indigã facit. Talĕ aũt eť felicitatĕ ipſam exiſtimam⁹. Quin ĕt maxime oſum expetendã, ſi cũ aliis nõ cõnumeretur. ſi vero connumeretur, perſpicuũ ĕ eã vel cũ minimo ḋq; ex bonis magis expetĕdã fore. ſiquidĕ bonorũ ſupeminentia ſit id, qđ adiungit. maius vero bonũ magis ſemper expetĕdũ ĕ. Itaq; felicitas cũ agĕdorũ finis ſit, p-

ſectum

A fectum quoddã ac ſufficiẽs vĩ. Sed fortaſſe ſi dicamus felicitatẽ optimũ eſſe, cõceſſum quoddã ab oĩb⁹ vĩ: adhuc ũ deſyderaſ, vt euidẽtius quid ea ſit, exponamus. Fortaſſe vero hoc fiet, ſi hoĩs opus ſumereſ. nã quẽ admodũ tibicini & ſtatuario, alĩſq; artificibus, & deniq; oĩbus, quorũ opus aliqd & actio exiſtit, in opere bonũ ipſum, & id qd bene eſt, vĩ conſiſtere: ita homini quoq;, ſi mõ eius aliqd opus eſt, eẽ videreſ. Vtrũ igit fabri & factoris opera ſunt aliqua, & actiões: hoĩs vero opus ẽ nullũ, ſed natura hõ ocioſus ẽ? An quẽadmodũ, oculi, pedis, manus, & deniq; vnuſcuiuſq; mẽbri opus quoddã extat: ſic etiã hoĩs prẽter oĩa hẽc opus quoddã ſtatuere aliquis poſſet. Quid nã igit hoc erit? nã viuere cõe ẽt cũ plantis vĩ: nunc vero propriũ quoddã eſt, quod quæriť. vnde nutriendi augendiq; vita oĩs ſeparãda eſt. Sequiť ſentiendi vita. ſed ea quoq; cum equo C & boue & oĩbus demũ animalibus cõis vĩ. Reliqua ẽ igit actiua q̃dam vita, eius quod ratione prẽditum eſt. Id autẽ partim rationi obtemperat: partim eã habet, atq; intelligit. Sed cum duobus modis ẽt hæc dicatur, ea quæ eſt in operatione, ſtatuẽda ẽ. Quãd ſi eſt opus hominis animæ operatio ſm rationem, vel non ſine ratione, idemq; genẽre eſſe opus hui⁹, & huius, pbi aſſueramus: vt citharœdi, et

Opus hoĩs ẽ aĩę operatio ſecundũ rõnẽ.

probi citharœdi: et abſolute in D oĩbus, ſi excellẽtia virtutis operi fuit adiuncta: citharœdi. n. ẽ cithara canere: probi citharœdi bene id facere. Quòd ſi, ſquã, ita eſt: et hoĩs opus eſſe vitã quãdã ſtatuimus: eamq; animę operationẽ & actionẽ cũ rõne eſſe aſſeueramus: ac pbi viri bene hęc, rectęq; exequi eẽ cẽſemus: ſingula aũt bene ex propria virtute perficiunť. Si ita eſt: operatio aĩę ex virtute bonũ humanũ efficiť. Si pſes ſint virtutes, ex optima & perfectiſſima. Et E inſup in vitã pfecta. ver. n. neq; vna hirundo, neq; vnus dies facit: ita quoq; beatũ & felicẽ hominẽ neq; vnus dies, neq; breue aliquod tẽpus efficiet. Bonũ igit ipſum ita circunſcriptũ ſit. oportet. n. fortaſſe prius figurare, deinde poſtea depingere. Videreť autẽ cuiuslibet eẽ ea, q̃ bene circũſcriptiõe ſunt cõprehẽſa, producere ac diſtinguere: & tẽpus taliũ inuentor, vel adiutor bene eẽ. vnde & artiũ ſacta ſunt incremẽta. cuiuslibet. n. eſt F qd deeſt, addere. Oportet autẽ eorũ, q̃ ante dicta ſũt, meminiſſe: et exactã tractationẽ non eodẽ mõ in oĩbus requirere: ſed in ſingulis, prout ſubiecta materia poſtulat. Atq; id eatenꝰ, qua tenus arti vnicuiq; cõuenit. faber. n. & geometra diuerſo mõ rectũ angulũ vtriq; cõſideràt: ille quatenus ſolũmodo ad opꝰ vtile ẽ: hic cũm veritatis ſpeculator ſit, quid, & quale ſit, indagat.

In ſingulis prout ſubiecta materia poſtulat, tractando faciẽda &

Opatio ex virtute bonũ humanum eſt.

Vna hirũdo nõ facit ver, neq; vn⁹ dies.

Gat. Eodem mō in alīs quoq; faciendū est: ne plura ornamenta extrinsecꝰ q̄ ipsum opus exuadant. Neq; simili mō in oībus cā requirenda est: sed est in quibusdā sans, si bene demōstratū fuerit, q̄ finis id quod ē in principijs ipsis contingit. q̄ autē sit aliqd, primum ac principium quoddā est. Ex principijs vero alia sunt, quę inductione, alia q̄ sensu: nōnulla quæ assuetudine quadā: alia q̄ alio quodā modo cōsiderant. Singula aūt ita sunt tractanda, vt natura eorū postulat: dandaq; ē opera, vt recte definiant: magnum.n. afferre momētū ad ea quæ sequunt, cōstituere. videtur.n. principiū plus q̄ dimidium totius esse: cōpluraq; eorum quæ in qōnem veniunt, per ipsum manifestātur.

Nō ī oībꝰ ēst mō cā requirenda est.

Principijꝝ diuersa ē cōsideratio.

Principiū vt plus q̄ dimidiū totius est.

QVamuis autē circa fiducias & timores verſetur fortitudo: non ſimili modo tñ in vtriſq; ſed in timendis rebꝰ magis ſpectat. q enim in his imperturbatus fuerit, ſicuti debet ſe geſſerit: is magis eſt fortis, q̄ qui in illis, q̄ fiduciam afferunt. Tolerādis igitur moleſtis rebꝰ hoſes, ſicut dictum eſt, fortes dñr. Vnde etiam molestia res eſt fortitudo, & merito laudat: quippe cùm moleB ſta ſuſtinere, q̄ à iucundis abſtinere difficilius ſit. Veruntñ fortitudinis finis iucundus quidē eſſe videri pōt, ſed obſcurari tñ ab his, q̄ circum ipſum accidūt: quemadmodum in gymnicis certaminibus euenit. Pugil. n. iucundus ſanè finis eſt, cuiꝰ cauſa agit, coronæ videlicet & honores: verbera vero, cum ſit carneus, dolorem afferant: atq; omnis demum labor moleſtus eſt. quia aūt hęc multa ſunt, finis ipſe cuius cauſa certamen ſubit,
C parua res cum ſit, nullā in ſe habere iucunditatem videt. Si igit circa fortitudinē idē eſt, mors & vulnera moleſta quidē erūt forti viro, & inuito contingēt: ſuſtinebuntur tñ, quia id facere honeſtum, non facere turpe eſt. Ac quò magis omni virtute ornatꝰ, & felicior fuerit, eò magis ob mortē dolebit: quippe cùm eiuſmodi vir maxime dignus ſit, qui viuat: maximis q̄ bonis fruens priuetur: quod dolorem affert. nihilo minus tamen for- D
tis erit: & fortaſſe etiam magis, quia honeſtatem in bello ofbus his anteponit. Non igitur in omnibus virtutibus ineſt, vt cum iucunditate operemur: niſi quatenus finem ipſum attingimus. Nihil autem fortaſſe prohibet, quin milites optimi ſint illi, qui non modo tales, ſed etiam minꝰ fortes, & nullo alio bono præditi ſunt: hi enim prompti ſunt ad
pericula obeūda, vitamq; cum E
paruo lucro commutant. Ac de fortitudine quidem hactenꝰ dictum ſit. nam quid ea ſit, ex antedictis figura quadam cōprehendere non eſt difficile.

DIxit. Iam itaq; determinauimus fortes ſm veritatē, & eos de quibus putatur, q̄ fortes quidem homines ſunt. Et fortitudo quidem inuenitur in rebus timoroſis, & in rebus pertinentibꝰ audaciæ: ſed nō ſm ſimilitudinem vnam: immo dignum eſt vt ſit vigoroſior in timo- F
roſis. qui enim intrepidus perſiſtit his rebus, ſm diſpoſitionem quam oportet, amplioris eſt fortitudinis, eo q̄ ſuffert ea, quæ pertinent audaciæ, D. Res igitur eſt, vt dixim⁹, q̄s ſufferunt triſtia. & ideo ſit fortitudo contriſtans. & dignum quidem vt laudetur amplius q̄ temperātia: ſufferre etenī triſtia difficilius ē q̄ à delectantibus ſe cohibere. Dixit. At tamen finis intentus per fortitudinem delectabilis quidem videtur, niſi q̄ occultatur eius delectatio p triſtia circunſtantia ipſum: vt contingit in agonis & conflictibus, quorum finis quidem delectans, puta

G præmia & honores: exceptio vero verberum dolorosa, cum carnes attingat. & similiter omnis dolor fiés ex multoplicatiõe verberum, & res, cauſa cui⁹ incumbũt triſtia, ad hoc deuenit, vt non appareat in ea delectatio & ſi ſit in ea. Si igitur hic ſe habeat in fortitudine, ſunt mors & vulnera, forti quidem triſtia & ĩnſpõtanea: tolerat autẽ ea, aut quia pulchrum, aut quia non tolerare turpe. Et quanto fuerit virtutis perfectionis & amplioris felicitatis, tanto plus de morte triſtabitur. qui enĩ in hoc ſtatu fuerit, digniſſimus eſt

H vita. & hoc, quoniam priuatur bonis magnis valde, & hoc eſt ſciens ipſe: hoc autem eſt tes contriſtans, veruntamen non contriſtatur ex hoc ꝓpter defectum, quem habeat fortitudinis. fortaſſis autem prælectio eius rei decore, quam lucraretur in bellis, amplior eſt illis rebus, quibus priuatur per mortem. Et per hanc cauſam deuenit ad hoc res decora, vt delectet intellectum in omnibus virtutibus: veruntamen hoc proprie ſic fit. finem intentum animaduertendo. Dixit. Fortaſſis autẽ non eſt quid prohibeat, qui in ſtre

I nuitate militari inuentatur, qui nõ eſt in hac habitudine fortitudinis, immo minoratus ab ea: & eſt ille, cui non eſt aliquid aliud laudabile, cuius timeat amiſſionem per mortem. talis igitur paratus eſt vehemẽtibus periculis, & ſeipſum lucris modicis exponit. Dixit. Hoc eſt igitur quod oportuit dicere de fortitudine: nec erit nobis difficile ſcire ex eo, per quod determinauim⁹, eã ſm viã deſcriptionis q d ẽ.

De temperantia, & eius extremis. K

Cap. 10.

POſt hanc autem dicamus de temperantia: hæ enim irrationaliũ partiũ eſſe virtutes videntur. Ac temperãtiam quidem mediocritatẽ eſſe circa voluptates à nobis dictũ iam eſt: nã minus, nec ſimili mõ circa dolores verſatur. in his ẽt intemperãtia exiſtit. Circa quales vero ſit voluptates definendũ eſt animæq; ac corporis voluptates diſtinguendæ: vt ambitioſitas, & diſcendi cupiditas. L vterq; enim ex his ea re gaudet, cuius eſt cupidus: corpusq; minime, ſed cogitationem potius affectam habet. atq; hi qui in talibus voluptatib⁹ cõſtituti ſũt, neq; temperantes, neq; intẽperantes dĩr. non ſecus ẽt qui in alĩs ſunt, quæ ad corpus nõ ſpectant. qui n. fabularũ, narrationũq; ſtudioſi ſunt, & de quibuſlibet rebus colloquẽdo dies cõterunt: nugaces appellare cõſueuimus, nõ intẽperãtes. neq; eos intẽperantes dicim⁹, qui vel pe M cuniarũ, vel amicorũ eã dolore afficiunt. Sed circa corporis voluptates tẽperantia ſolummodo verſat: atq; eas non oẽs. Qui enim ĩs gaudent, q̃ viſu percipiunt, vt colore, figura, pictura: neq; tẽperantes, neq; intemperantes dĩr: licet eſſe videant: & vt oportet, etiam his, & per exceſſum, & defectum gaudeant. Simili modo in ĩs, q̃ ad auditũ pertinent. neq; n. quiſpiam vel

eos

A eos qui ſupra modum cantib⁹, aut fabularum actione oblectãtur intẽperantes: vel eos, qui vt oportet, idem faciunt, temperãtes appellarit. Neq; itẽ eos, qui odoribus gaudent, niſi ſm accidens. nam qui malorũ, vel roſarum, vel ſuffimẽtorum olfactu delectantur, minime vocamus intẽperantes: ſed eos potius, qui vnguẽtorum, aut opſoniorum odore illiciunt: quippe cum his propterea oblectent intẽperantes, quia p hæc in recordationẽ
B concupitarũ rerũ venire cõſueuerunt. Videre. n. ẽt quoslibet alios licet, cum eſuriunt, cibariorũ odoribus oblectari. at vero talibus oblectari intẽperantis eſt: ab eo. n. concupitę res eiuſmodi ſunt. Adde q; neq; cæteris aſalibus ex his ſenſibus voluptas p̃cipit, niſi ex accidenti. nã neq; canes odore leporum, ſed comeſtiõe gaudẽt, ſenſum vero odor p̃buit. neq; leo bouis voce, ſed eſu lætat: ex voce aũt prope eũ eſſe cũm ſenſerit, ea vẽ oblectaC ri. ſiſi mõ neq; ſi viderit, aut inuenerit ceruum, vel ſylueſtrem capra, voluptate aliqua afficit, niſi quia cibũ inde habebit. Circa eiuſmodi igit voluptates tẽperantia & intẽperantia verſatur, q̃ cęteris quoq; aſalibus cões ſũt: ſeruilesq; ob id ac ferinæ habent. hæ aũt ſunt & tactus, & guſtatus. Sed guſtatu parũ vel nihil vti vident: quippe cũm guſtatus indiciũ ſaporũ ſit. id q̃d faciũt ñ, qui vel vina explorãt, vel opſonia condiunt. at non ad D modum his oblectant, vel non quatenus intẽperantes, ſed fruitione ipſa, q̃ tota p̃ tactum efficitur in cibis, ſ potibus, & ñs quæ venerea nuncupant. Vnde gulę dedit⁹ quidam Philoxen⁹ Eryxius guttur ſibi lõgi⁹ gruis collo dari optabat: vtpote qui tactu oblectaretur. tactus aũt ſenſuũ eſt maxime cõis, circa quẽ intemperantia verſatur. Et merito eſſe vituperabilis videri, p̃pterea debet: quia nobis ineſt, E non quatenus homines, ſed quatenus ſumus animalia. Talibus igitur oblectari, & acquieſcere ferinum eſt. Nam voluptates, q̃ maxime liberales per tactum efficiunt, exceptæ ab his ſunt: vt illæ ſunt, quæ in gymnaſiis per frictionem calefactionem q; fieri conſueuerunt. non enim circa totum corpus, ſed circa partes quaſdam intemperantis tactus verſatur.

DIxit. Et nos quidem determinabim⁹ poſt hoc de re temperantiæ. videntur etenim ambæ hæ F virtutes eſſe quidem partibus animæ irrationabilib⁹. Et iam dixim⁹ q; caſtitas medium exiſtit delectationum. & iam inuenitur in triſtitijs etiam, ſed minus q̃ in delectationibus & diſſimiliter. & incaſtitas ei oppoſita circa eaſdem res inuenit, circa quas caſtitas. nos autem determinabimus hic delectationes, ſ quibus inuenitur, & quæ delectationes ſunt. Dicimus ergo, q; virtutum, quæ inueniuntur in delectatione, quædam ſunt corporales, & quæ-

G dam animales. & alales quidé, vt appetitus honoris & appetitus sciétiæ. de vtrisq; enim horū, qñ receperit homo hoc, quod amat, gaudet, præterquam patiaf aliqua pars corporis: sed quod patiatur ex eo intellectus est neq; de affectis his delectationib⁹ dr, φ castꝰ neq; φ incastꝰ. & siſt non dr de affectis reliquis delectationibus, q non sunt corporales. & hoc, qñ eos, qui amant historias & fabulas, & eos qui finiūt dies suos in loquendo de quacunq; re cōtingat, nolam⁹ quidem eos exercitatores, intemperatos autem non. neque
H etiam nominamus sic eos, qui gaudent pecunia & amicis, & trisſatur eorum amissione. Qñq; sic sit, tunc castitas est quidem in delectatione corporali, non in hac omni. Nñ eos, qui gaudent de eo quod apprehendit visus, vt coloribus & figuris, non nominamus castos neq; incastos: & si putet de istis, φ gaudent in his rebus quomodo oportet, & amplius q̄ oportet, & minus q̄ oportet. Et similiter se habet in eo quod apprehēdit auditus. nemo enim incastos nominat eos, qui superflue gaudét consonantijs, & repræsentationib⁹:
I neq; castos eos, q quo oportet. Neque eos qui gaudent, eò φ apprehēdit odoratus: nisi fortaſſe nominemus eos sic per accidens. etenim eos qui gaudent pomorum odorib⁹, & rosarum, & thuris, non nolamus in castos, sed eos, qui coquinæ, & pigmentorum & pulmentorum. nam gaudet his incastis, eò φ faciunt eū rememorari desyderiorū suorum. Videm⁹ ãt quoſdã alios, qñ esuriūt, gaudere odoribus cibariorum: qd equidé incasti est: eò φ ad hoc sunt eius desyderia. Neq; ét inuenit delectatio cæteris alalibus greſſibilibus K in his tribus sensib⁹, nisi fuerit pacidens. canes. n. non gaudent odoribus leporū, sed comeſtione: & odor ducit eos ad sentiendum ipſos. neq; ét leo gaudet voce bouis, sed comeſtione eius: p vocem aũt eius sentit, φ est propinquus ei: & propter hoc videmus eum gaudentem ad vocé eius. siſt non gaudet qñ viderit, aut inuenerit ceruum vel hircum sylue ſtrem: immo gaudet eo quod inuenit, quo paſcatur. Caſtitas & incaſtitas non inueniuntur nisi i hmõi delectationibus, in quibus parnicipat hũ reliquis alalibus, & pp hoc sit vt L sensus, qui eas apprehendunt, proportionentur seruis & feris. & sunt sensus & tactus & guſtus. Et parens est de eis in re guſtus, φ ipſi aut parum sunt vtentes eo, aut non vtuntur eo penitus. & hoc, qñ discerpatio saporū é quidé p sensum guſtꝰ: qũo faciunt illi, q potus probant, & qui fercula coquinæ sapida reddũt suis condimentis. D Incaſtus aũt fere non gaudet rebus istis metipſis: sed gaudet quidé, eò φ apprehendit tactũ tm̃ ex cibis & potib⁹ & coitu. Et pp hoc optabat vnꝰ ex ipſis, cùm M esset amator ferculorū coquinahũ, vt esſent fauces eius lõgitudine sauciũm gruis, vt prolongaret delectatio i tactu cibaliũ. cõsor igit sensuũ, intendo inuentũ in oſb⁹ alalib⁹, est sensus ille, penes quẽ sit castitas. Et iuſtum est nos opinari à nobis, φ sensus iſte opprobrioſus est nobis, cùm non sit nobis sm φ nos sumus hoſtes, sed sm φ nos sumꝰ alalia. Declinare igit ad hæc sensibilia, & vehementer diligere ea, equidé de natura ferarũ. D. Oportet aũt vt ſi pa-

remus ab his delectationib⁹ tactua-

libus,

A libus,in quibus ſuenit caſtitas & in caſtitas,eas,q̃ maxime conueniunt liberalibus: & ſunt illæ q̃ fiũt ex citatione ex fricatione & calefactione.& hoc, qm̃ tactꝰ iſte ſit p totum corpus: tactus vero p quem delectatur incaſtus, non fit in toto corpore ſuo: ſed fit equidem in quibuſdam membrorum ſuorum.

Diuerſas cupiditatum ſpẽs eſſe. Cap. II.

AT vero cupiditatum alię cõmunes videnť eẽ, aliæ proprię, atq; appoſititię.

B vt alimenti cupiditas naturalis eſt: ſiccum enim vel humidum alimẽtum, vel ẽt vtrunq;, cum indigent, oẽs cupiũt. quin ẽt appetit & iuuenis, vt ſquit Homerus, floręs q; cubile: tale vero ac tale, vel eadem non oẽs, iccirco noſtrum eſſe id videť. Habet tñ & aliquid naturale: quippe cũ alia alĩs iucunda ſint, & oſbus ſuauiora q̃dam ſint cæteris quibuſlibet. In naturalibus igiť cupiditatibus pauci: atq; hi ſ uno, i. nimio peccant. qui. n. comedit

C vel vilia q̃libet, aut bibit, quoad ſupra modum repleatur: is multitudine naturalis cupiditatis terminos excedit. naturalis enim cupiditas indigẽtiæ repletio eſt. atq; iccirco hmõi hoſes ventriſurẽtes appellanť: propterea q̃ vltra q̃ deceat, ventri replendo ſtudent. ac tales quidem euadunt ñ, qui ſeruili admodũ ingenio præditi ſunt. Circa vero proprias cupiditates multi, ac multis modis peccant. nam cũm talis cuiuſdam rei ſtudioſ D hoſes dicanť, quia oblectanť uel quibus non oportet, vel magis q̃ pleriq; faciãt, vel nõ vt oportet, vel non quo oportet: in omnibus ſanè intemperantes excedunt: quippe qui & gaudent nõ nullis, quibus non oportet, quæ odio, profecto digna ſunt. & ſi aliquibus gaudendum eſt, magis q̃ oportet, quam q̃s pleriq; gaudeant, id facere conſueuerunt. Atq; exceſſum quidẽ circa voluptates intẽperantiã eſſe, ac vituperabilẽ p̃ſpicuũ eſt. Circa ãt E dolores non quẽadmodũ in ſortitudine, ita hic ſuſtinendo temperans, non ſuſtinẽdo intẽperãs dĩ: ſed intemperans vnuſquiſq; eſt, dũ propterea q̃ iucunda nõ conſequitur, magis q̃ oportet, dolet: doloremq; ipſi affert voluptas: temperans, dum abſentia, abſtinentiaq; voluptatis nullo dolore afficitur. Intemperãs igitur iucunda oĩa appetit, vel ea quæ maxime iucunditatẽ afferunt: ducíq; à cupiditate adeo, F vt ea oĩbus alĩs anteponat: atq; ita fit, vt doleat, dũ & voto fruſtratur, & cupit: quippe cĩ non ſine dolore cupiditas ſit. dolere aũt ob voluptatem abſurdum videtur. At qui deficiant circa voluptates, minusq; q̃ oporteat illis oblectentur, non ferẽ inueniunť: talis. n. ſtupiditas humana non eſt. nam cætera alia cũ delectũ ciborũ habeãt, alĩs oblectantur, alĩs minime, ſi vero quiſpiam ſit, cui nihil ſit iucundum,

G dum, nullaq; inter hunc & illū cibum differentia ſit: is ſanè procul eſſe ab hoīs natura videtur. Quocirca, quia eiuſmodi hoīes nō admodum eſſe cōſueuerūt, effectum eſt, vt ne nomē quidē vllum conſequuti ſint. Temperans aūt circa hæc mediocriter ſe habet: nā neque ēs oblectat, quibus intemperans maxime conſueuit, ſed potius ægre affici tur: neque oīno ēs gaudet quib⁹ non oportet: neq; vlla aliqua hmōi re vehemēter oblectat. ne
H que ſi abſit, dolet: neque cupit niſi mediocriter: neque magis q̄ decet, quapiā re, neque qn̄ non decet, affiert: neq; demū tale aliquid appetit: ſed ea tm̄modo iucūda, q̄ vel ad ſanitatem, vel ad bonam habitudinem faciūt: atque ea quidem mediocriter, & ſicut decet. & cętera ēt, q̄ his impedimento non ſint, ⁹ vel p̄ter honeſtatē, vel ſupra facultates. nā qui ita facit, magis tales voluptates amat, q̄ dignum ſit. At
I temperās non eiuſmodi eſt, ſed ſicut recta ratio præſcribit.

⁹ al. vel q̄ tū ad honeſtatem ſpectat, vt ſacultates

DIxit. Vtrum autem ex concupiſcentijs aliquid cōe eſſe oībus aſalibus, & aliquid propriū: vt concupiſcentia cibi & naturalis eſt & cōis, oīs nanq; , cuius corpus indigens eſt cibo, deſyderat cibum humidum aut ſiccum. & forſitan vtrūq; ſimul & adoleſcens & perfectus deſyderat cum eis coitū. deſyderiū aūt huius cibi vel illius vel vn⁹ eiuſdem cibi, non eſt omnis, cuius corpus indiget nutrimento. Et ꝓpter hoc cōtingit vt ſit deſyderium iſtarum rerum ex parte noſtri, i. p electionem noſtram: & tm̄ non eſt quidem totū ex parte noſtri. Verum in hoc eſt aliquid naturale. & hoc qm̄ hoīes diuerſificant in eis: eo ꝙ delectat eos naturaliter. quendā ergo delectat aliquid, & alīū aliud ab hoc: & q̄dam delectant quoſdam plus q̄ alios. D. Pauci vero ſunt, qui peccāt in vtēdo deſyderijs naturalibus: qñ vero accidit in his peccatum, pīm illius fit in re vna, ſ. in pluri. qui. n. comedit & bibit hoc quod contingit eum deſyderare naturaliter, donec
K ſuperfluat in repletione ex ipſo, p-
L tranſit quidem rem naturalem in multitudine. deſyderium vero naturale non eſt niſi ad replendum, quoddiuerſificauit defectuo, & non excedit ipſam vſque ad adduo-- nem. Et propter hoc dicitur de eis, qui exceduntin hoc vſque ad additionem, ꝙ ſunt domini ventrium ſiue ventriculi: eò ꝙ implent vētres ſuos amplius q̄ indigeant: & in hac diſpoſitione inueniuntur ſerui. In delectationibus aūt proprijs, multi ex hominibus peccant multis modis. & hoc, qm̄ multi amatores huiuſmodi rerum, peccant in eis: aut
M quia delectantur aliquo, quo non oportet delectari: aut quia vtuntur eo amplius q̄ oportet: aut quia vtuntur p̄ modum, quo communitas hoīum vtit̄ his rebus: aut fm ꝙ non oportet. iam ergo patet, ꝙ incaſtitas ſuperfluitas eſt in delectationibus, & ꝙ vituperabilis. In triſtitijs aūt non dē aliquis incaſtus, quia tolerat ea & ſuffert: ſicut dicit̄ eis fortis. neq; dī incaſtus, qñ non tolerauit eas. veruntm̄ iam non nolat etiā caſtus, eò ꝙ nō triſtet̄ ꝓp carentiam

deſy-

A deſyderati. Incaſtus ergo cõcupiſcit oia delectabilia, & ex delectabilib⁹ delectabiliora: & puenit ex pſecutione concupiſcentię ad hoc vt ſem per cũcta eligat delectabilia: ideoq; anguſtiat cum non acceperit ea de ſyderans ens, & hoc, qm̃ deſyderiũ triſtitia ſequit pp priuationẽ rei delectantis. attamen inconueniens vt pp cãm delectabilis contriſtari. D. Et ferẽ non eſt inuenire hoſem deficientẽ ab oĩbus delectationib⁹: intendo vel gaudeat eis mun⁹ q̃ oportet: eo q̃ hæc maneries inſenſibilitatis non eſt de natura hoſum. & hoc,
B qm̃ cætera aialium diſcernunt ſpẽs nutrimentorũ, & quibuſdã eorum delectant, quibuſdã vero non. Vt ergo inueniat aliquis, cui nihil ſit delectabile, longe eſt ab eſſe hoĩs. & pp paucitatem inuentionis eius nõ eſt poſitum ei nomen. Caſtus itaq; medius eſt in iſtis. non n. delectat quibus delectat incaſtus proprie: quin immo moleſtat. & non delectat petitus, quo non oportet delectari: neque vehemens ſit deſyderium eius ad aliquid ex iſtis: & nõ anguſtiat, qm̃ tollunt delectabilia, & non cõcupiſcit niſi ſm quantitatẽ moderate,
C neq; amplius q̃ oportet, neq; in hora, qua non oportet, neq; quod nõ oportet: & vſt non deſyderat aliq̃d immenſurate. Res vero ſanitati putentes & æqualitati habitudinis, & cum hoc habentes delectationẽ, deſyderat in quantitate menſurata, & quo oportet: reliquas vero delectationes dimittit: aut ideo q̃ recedentes ſunt a bono: aut quia impedimentum præſtantes ſubſtãtię noſtræ in complemento. & hoc qm̃ q̃ feſtinat ad iſtas delectationes, amat delectationes amplius q̃ meretur. ſed caſtus non ſic: immo deſyderat D ſm imperium diſcretionis ſanę vel rectæ rationis.

De temperantia extremis. Cap. 12.

INtemperantia vero ſponta-neo magis ſimilis, q̃ ignauia videtur: quippe cum hęc ex voluptate, illa ex dolor exiſtat: ex quibus altera eligenda: alter fugiendus eſt. Ac dolor quidem exturbat & corrumpit naturã eius, qui eo afficit: voluptas aũt nihil tale facit. Magiſq; ſponta- E nea ẽ: atq; iccirco maiori oppro brio, pſequenda. Nã & aſſueſcere his rebus, cũm plures in vita hoĩm eiuſmodi ſint, facilius eſt: & aſſuetudo ipſa piculo vacat. in formidoloſis aũt reĩbus cõtrariũ eſt. Ignauia ẽt non ſimili mõ vt particularia eſſe ſpõtanea videri poſſet: ipſa. n. doloris eſt expers: res aũt particulares dolore adeo exturbant, vt & arma abĩcere, & cętera indecore gerere hoſes nõ vereanſ: atque iccirco eſſe ẽt violentæ videnſ. At intẽ- F peranti econtrario euenit. particularia. n. quippe cũm ea concupiſcat, atque appetat, ſpontanea ſunt: totũ aũt atque vniuerſum minus. nemo. n. eſt, qui intẽperãs eẽ cupiat. Nomẽ aũt ipſum intẽperantiæ ſeu incaſtigatiõis de puerilibus peccatis dicere cõſueuimus. vtrũ vero ab vtro dicaſ, nihil ad præſens negociũ refert: poſterius. n. a priore dictũ eſſe ſatis conſtat: ac non mu-

le

G le videf fuiſſe trãslatũ. nã qđ turpia appetit, incrementumq; magnum accipit, caſtigandum eſt ac temperandũ: huiuſmodi autẽ maxime eſt et cupiditas et puer: quippe cũm & ex cupiditate viuant pueri, et maxime in ipſis voluptatis vigeat appetitio. Si igit̃ non obediẽs, neq; imperanti ſubditũ id fuerit, longe lateq; efferet: inſatiabilis ſiquidẽ rerũ iucundarũ appetitio ẽ, et ſtulto vndecũq; occurrit, cupiditatis prẽterea operatio qđ H cognatũ ſibi eſt, auget: & ſi magnæ vehementesq; fuerint cupiditates, rõnẽ extrudunt. Qua propter mediocres eas eẽ oportet, ac paucas, rationiq; minime aduerſantes. Atq; id qđ tale eſt, obediẽs, ac caſtigatũ temperatumq; appellamus. Sicut. n. puerũ ad pædagogi præceptũ viuere oportet: ita cõcupiſcibilẽ animę facultatẽ rõnis imperio obtemperare: atq; ideo tẽperantis cupiditas cũ rõne cõſentiat, neceſſe eſt: quippe cũ vtriſq; propoſit⁹ ſcopus honeſtas ſit. nam I & tẽperans cupit quę oportet, & qñ oportet: et ratio quoq; ita prẽſcribit. Atq; hęc de tẽperantia dicta à nobis ſint.

DIxit. Incaſtitas autẽ ſimilior eſt ei qđ ſit ſponte, quã timiditas: pr̃opterea q̃ incaſtitas ſit delectationiſtã: timiditas autem & triſtitia & delectatio eſt qđ appetitur: triſtitia vero á quo fugitur: eó q̃ triſtitia permutat & corrumpit naturam habentis ipſam: ſed delectatio non facit, qñ non recipitur. Dignior ergo eſt vt fiat ſponte: intendo q̃ actus incaſtitatis ſm delectationem dignior eſt vt fiat ſponte quã actus timiditatis ſm timorem. Et propter hoc magis ſequitur opprobrium ex parte eius, quã ſequatur illud, qđ ſit ex parte triſtitię. & hoc, qñ declinatio nĩa ad declinationẽ facilis eſt: cùm in mũdo multa ſint delectabilia, neq; aſſuefactio eorũ vllam habet difficultatẽ. In timoroſis vero ſe habet: ecõuerſo intẽdo q̃ tolerare eã difficile ẽ. D. Et á timiditate quidem non vt fugi, quemadmodũ fugitur á rebus particularibus timoroſis: ideo q̃ in timiditate nõ eſt triſtitia, res autem timoroſæ coguntẽũ, cui accidunt ad actiones turpes: ita q̃ ad armoz. reiectiones, & ad committendũ cætera turpia. propter hoc igitur vt de eo qđ facit homo apud iſtas diſpõnes, q̃ facit ipſum inſpontanee. Qđ autem accidit propter incaſtitatẽ eſt econuerſo. intendo q̃ particularia rerũ delectabilium, quę concupiſcit, fiũt ab eo ſponte, eo q̃ concupiſcit & deſyderat ea: vſt autem eorum minus eſt in eis in hoc. & hoc, qñ nullus inuenitur, qui deſyderet eſſe caſtus. D. Et nos quidem in idiomate noſtro abſolute dicimus nomen incaſtitatis de peccato, qđ ſit á pueris, eò, q̃ ſimilitudo quædam eſt inter iſtas duas intentiones: intendo intentionem incaſtitatis ſecundum veritatem, & hanc intentionem, quæ ipſius inuenitur. Certificare autem quod eorum ab altero denominatum aut tranſumptum ſit, non indigemus in hoc loco. vult iõ q̃ eſt inquiſitio idiomatis. D nihil q̃ manifeſtum eſt q̃ nomẽ poſtremũ K L M

in

A in poſitione accõmodatũ eſt a primo. D. videtur itaq; non malum, immo bonum eſſe vt trãſmutetur abiſto. etenim oportet recondi & refrenari turpia cupientem & deſyderantem & in hoc excedentem. taliter autem ſe habet deſyderium & puerilia. & hoc, qñ pueri quidem viuunt per deſyderiũ proprie: etenim cõcupiſcentia ſiue cupiditas delectabilis in ipſis ſit proprie. Si igitur puer non fuerit obſequẽdo mãdato educantis ipſum, ſuperfluet in perſequendo qđ delectat. & hoc,
B quoniam penitus inſatiabilis eſt ei, qui intellectum non habet, concupiſcentia rei delectabilis: & actus deſyderij ſuum ſimile augmẽtat. & ſi fuerit deſyderiũ magnũ vehemẽs p uerſus rationem Propter hoc igitur oportet vt ſit ſm menſuram, & vt ſit paucum, & non cõtrarias diſcretioni. Qui autem talis fuerit, nominatur obediens, diſciplinabilis. Et quemadmodum autem oportet vt ſit deſyderium pueri, prout viſum fuerit doctori, ſic oportet vt pars cõcupiſcibilis ſit prout imperauit ratio. ideoq; oportet in caſto vt pars
C concupiſcibilis concordans ſit rationi: ita videlicet, vt ambo bonũ velint, & intendant. Caſtus igitur deſyderat quod oportet deſyderari, & qualiter oportet, & quando oportet: & ſimiliter etiam ordinat ratio res iſtas. Dixit. Hoc itaque eſt, quod oportebat nos dicere de caſtitate.

✠

ARISTOTELIS Moralium Nicomachiorum LIBER QVARTVS,

Cum Auer. Expoſitione.

SVMMA LIBRI.

De liberalitate. De magnificentia. De magnanimitate. De moderato honoris ſtudio. De manſuetudine. De comitate. De veracitate. De facetudine: ipſarumq; omnium extremis. De verecundia.

De liberalitate et eius extremis. Cap. 1.

E

NVnc dicamus de liberalitate. Circa pecunias autẽ eſſe mediocritas vĩr. liberalis. n. nõ in belicis rebus, neq; in ijs in quibus tẽperans, neq; itẽ in iudicijs, ſed in datione, acceptioneq; pecuniarum, ac magis in datiõe laudẽ meretur. pecunias autẽ omnia ea dicimus, quorũ æſtimationẽ numus metitur. Prodigalitas ãt & illiberalitas exceſſus et defectus circa pecunias ſunt. atq; illiberalitatẽ quidem illis ſemp attribuimus, qui magis q̃ decet, pecunijs ſtudẽt: at prodigalitatẽ complicantes alijs interdũ adiungimus: nã & incontinẽtes, & eos qui in intẽperantia opes cõſumũt, prodigos vocare conſueuimus. iccirco huiuſmodi hoſes eſſe improbiſſimi videnť, ppea q̃ multa ſimul vitia habeãt: non tñ proprie ita ap-

Quibus ſi
F liberalita
tatẽ, qu
bꝰ ue q̃ li
galitatẽ at
tribuam⁹.

G appellãtur. Debet.n. ꝓdigus eẽ is, qui vno tm̃ vitio ſit ꝓditus, vt ſ. fortunas ſuas cõſumat. prodigus.n. ſeu inſeruat⁹ ẽ, qui ꝑ ſe ipſe ꝓdit. nã eſſe ſui ipſius perditio vr̃ ẽt bonorũ diſſipatio: vt pote cũ ea ſint, ex quibus vitam traducamus. Atq; ad hunc modũ ſane prodigalitatem accipimus. Iis aũt, quorũ eſt vſus aliquis, et bene & male vti licet: at

Rebꝰ, quorũ ẽ vſus, his & male vti licet

H diuitiæ ex vtẽſibilibus ſunt: optime vero vnaquaq; re vtit is, qui virtutẽ vnicuiq; rei conuenientẽ habet: & diuitijs igitur is optime vtet, q ea virtute erit prædituſ, q̃ circa diuitias verſatur. atq; hic ipſe vir liberalis eſt. Vſus autẽ pecuniarũ ſumpt⁹ ac datio, acceptio vero et conſeruatio eſſe poſſeſſio potius vr̃. atq; iccirco liberalis viri magis ẽ dare q̃bus oportet, q̃ accipere vnde oportet, et non accipere vnde nõ oportet. † magis.n. beneficio afficere, q̃ affici, & honeſta agere, q̃ non agere turpia, virtutis proprium eſt. At obſcurum

† Virtutis magis eſt beneficio afficere, q̃ affici: & honeſta agere q̃ non agere turpia.

I nõ eſt ex datione cõſequi vt beneficia conferamus, honeſta q; agam⁹: ex acceptiõe vero vt beneficijs afficiamur, nõ agam⁹ q; turpia. gratia itẽ ei qui dat, exhibeẽ, non ei qui nõ accipit: & laus ẽt magis. non accipere pr̃terea q̃ dare facilius eſt: ſuum.n. quiſq; magis nõ profundere, q̃ alienum non accipere cõſueuit. Liberales quoq; illi dicunẽ qui dant: qui autem non accipiunt non liberalitatis, ſed iuſtitiæ non minus laudẽ cõſequuntur: K qui vero accipiunt, ne prorſus quidẽ laudanẽ. Quin ẽt liberales maxime oſum ferẽ, q virtute quapiam alia prædicti ſunt, amari cõſueuerunt: vtilitatem n. afferunt: at id in datiõe collocatum eſt. At vero oẽs ex virtute actiões & honeſtę ſunt, & honeſtatis cauſa fiunt: et liberalis igit honeſtatis cã dabit, et rectẽ dabit enim et quibus, et q̃cunque, & qñ oportet: reliquisq; alĩs modis, qui rectam dationẽ conſequuntur: atq; id vel iucunde, vel ſine dolore. qđ enim ex virtute fit, id vel cum voluptate, vel ſine dolore certe efficitur: minime aũt moleſtum eſt. nam neq; qui vel ĩs quibus nõ oportet, vel non honeſtatis, ſed alia quapiam cã dat, eſſe liberalis dicetur, ſed alius quidã. neq; qui moleſte dat: is.n. pecunias honeſtis actionibus anteponeret: at hoc minime liberalis ẽ. Sed neque accipiet vnde non oportet: nõ.n. eius, q̃ non magnifacit pecunias, talis acceptio eſt. neque M erit perax: nõ.n. ad eum ſpectat qui beneficia in alios cõfert, vt facile beneficijs afficiatur. vnde aũt oportet, accipiet, ex ꝓprijs videlicet poſſeſſionibus: nõ q̃ honeſtũ id ſit, ſed quia neceſſarium, vt habeat qđ det. neq; res ſuas negliget: quippe cũ ex ipſis velit aliquibus ſuppeditare. neque dabit quibuslibet, vt habeat qđ det quibus oportet, & quando, & vbi honeſtum eſt.

Libe-

A Liberalis viri ēt valde eſt ita in dādo excedere, vt pauciora ſibi relinquat: quippe cūm ad ſe minime reſpicere liberalis ꝓpriū ſit. Liberalitas tīī pro facultatibus dī: non enim in multitudine eorū quæ dantur, ſed in habitu eī? qui dat, actio liberalis cōſiſtit: qui quidē habitus eſt, qui dat pro facultatibus. Vnde nihil vetat, quin liberalior aliq̄s ſit, qui pauciora dederit, ſi mō ex paucioribus ēt fuerit elargitus.

B Illi aūt eiſe liberaliores vidētur, qui nō ipſi acquiſiuerūt facultates, ſed ab alīs accepere: ꝓpea q̄ indigentiā experti minime ſūt: & oēs ſua ip'orū opera, vt parētes, & poetę, magis amare cōſueuerunt. At vero facile nō eſt, vt liberalis diues ſit, qui neq̄ accipiēdi, neq̄ cōſeruādi, ſed erogādi potius eſt ſtudioſus: neq̄ pecunias ꝓp ipſas, ſed dandi cauſa æſtimat. Atq̄ iccirco crimini dari fortunę cōſueuit, q̄ qui maxime digni ſunt, minime diteſcāt.

C id aūt nō abſq̄ ratione accidit: quippe cū fieri minime poſſit, vt habeat pecunias is, qui nullā diligētiā adhibet, vt eas habeat. id quod in cæteris ēt rebus fit. Non dabit tīī quibus nō oportet, neq̄ q̄n non oportet, & reliqua huiuſcemodi: alioqui non ageret ſm liberalitatē: neq̄ ita expenſas pecunias poſſet in ea, quæ debet, expendere. Sicut enī diximus, is eſt liberalis, qui pro facultatibus, & in ea quę debet, ſumptus facit: qui vero excedit ꝓdigus. atq̄ ideo tyrannos pro- D digos non dicimus: facile enim eſſe minime videtur, vt dationib⁹ & ſumptib⁹ excedere opū multitudinē poſſint. Cū igitur liberalitas mediocritas ſit, quæ circa pecuniarū dationem acceptionemq̄ verſatur: liberalis dabit & expendet in ea quæ oportet, & quotcūq̄ oportet, tam in paruis, q̄ in magnis, atq̄ id iucunde faciet: accipiet itē & vnde oportet, & quotcunque opȝ. Nam cūm virtus circa vtraque E ſit mediocritas, vtraq̄ vt debet, faciet. moderatā enim dationē talis acceptio conſequitur: quæ autē non eſt talis, contraria eſt. quæ igitur conſequuntur, in eodem ſimul contingunt: quæ vero ſunt cōtrarię, minime. Quòd ſi inciderit, vt præter q̄ decēat, & bene ſe habeat expenderit: dolebit quidē, ſed moderate, & ſicut debet. nā oL quæ oportet, & Ad virtutē ſpectat ob q̄ opȝ, & ſicut oportet, lætari & dolere ad virtutē ſpectat. Eſt etiā liberalis quātum ad pecunias attinet, in ſocietate vitæ perfacilis. F iniuria. n. affici pōt, cūm magni pecunias nō æſtimet. magisq̄ ægre fert, ſiquid quod oportuerit: hō expēderit: q̄ dolet, ſi quid expēderit, quod minime debuerit. neque Simonidi aſſentitur. ꝓdigus vero ēt in his peccat: nā ob q̄ oportet, & ſicut oportet, neq̄ lætat̄, neque dolet. id quod ꝓgredientibus manifeſtius patebit. Dictū à nobis eſt prodigalitatem & illiberalitatem exceſ-

ſus

G ſus eſſe & defectus: atq; eas in duobus, datione & acceptione cõſiſtere: nam ēt ſumptũ in datione reponimus. Prodigalitas enim in dando & nõ accipiẽdo excedit: in accipiendo aũt deficit. illiberalitas cõtra in dando deficit, in accipiẽdo excedit: ſed in paruis tñ. Ac quę ad prodigalitatẽ quidem ſpectãt, nõ admodum coaugeri cõſueuerũt: quippe cùm facile minime ſit, vt qui nulla ex parte accipit, oĩbus largiatur. cito enim priuatos eos H hoĩes qui dant, facultas deſerit: qui quidẽ prodigi eſſe ēt videntur: id eſt inſeruati. Nã q huiuſmodi eſt, nõ paulo melior illiberali eſſe videretur: cùm & ab egestate, & inopia curari facile poſſit: atq; ita ad medium redire. cùm enim ea habeat, quæ ſunt liberalis, quippe qui det quidẽ & nõ accipiat, ſed neutrum tñ neq; vt debet, neq; bene faciat: ſi ad hoc tantũ vel aſſueuerit, vel aliquo alio modo fuerit mutatus, liberalis euadet. fiet ſiquidem vt & I det quibus oportet, & non accipiat vnde non opꝫ. vnde neq; eſſe moribus prauus videtur. in dando enim & nõ accipiẽdo excedere nõ mali & ignobilis, ſed ſtolidi potius hominis eſt. Qui Cur prodigus illiberali melior ſit. ĩũt hoc modo eſt prodigus, longe illiberali & auaro, cùm ob anrediẽta, tum propterea eſſe melior vr̃: quia ipſe multis, illiberalis nemini ꝓdeſt, immo ne ſibi ipſe quidẽ vtilis eſt. Pleriq; tñ prodigi, ſicut dictũ eſt, ēt vnde nõ oportet, accipiũt. atq; in hoc K ſunt illiberales: qui ideo ad accipiendũ prompti efficiunt, quia cũ velint expendere, facere id facile nequeũt. cito enĩ ipſis opes deficiũt: vt aliunde ſibi cõparare eas coganť. qm̃ præterea nullam honeſtatis curã habẽt, vndiq; nullo habito delectu accipiunt. dare enim cùm cupiant, quo pacto & vnde id faciãt, nõ curãt. Quapropter, neq; liberales eorũ dationes ſunt, cùm non ſint honeſtæ, neq; huius ipſius cauſa, neq; vt oportet, efficiunt: immo interdũ eos, quos oporteret eẽ pauperes, diuites reddũt: atq; ĩs qui moderati ſunt moribus, nihil, adulatoribus aũt & cæteris, qui aliã quampiã voluptatẽ ipſis ſumminiſtrãt, multa largiũtur. vnde efficitur, vt pleriq; ex his intẽperantes ēt ſint. nã & quia facile expendunt, in intẽperantias ēt profuſos ſumptus faciũt: & quia nõ ad honeſtatẽ ſpectãtes viuunt, ad voluptates quoq; declinãt. Prodig⁹ igit̃ ſi incorrect⁹ permaneat, in M hæc trãſit: ſi curationem admittat, ad mediocritatẽ deuenire, honeſtatẽq; põt. At illiberalitas incurabilis eſt. nã & ſenectus & oĩs imbecillitas reddere illiberales vr̃: magiſq; q̃ prodigalitas, hominibus natura inſita eſt: nã pleriq; ſunt pecuniarum cupidi magis, q̃ ad dandũ prõpti: & late patet, multiformiſq; eſt. Multi enim modi eſſe illiberalitatis vidẽtur, nã cùm in duobus conſtituta

A ſtituta ſit in dandi exceſſu, et defectu accipiendi: non oĩbus integra adeſt, ſed interdũ ſeparatur. atq; ita fit, vt nõnulli in accipiẽdo excedant, alĩ; in dando deficiant. nã qui his nominib⁹ p̃idri ſunt, vt dicanť parci, tenaces, retracti, et reſtricti, oẽs ſ dãdo deficiunt. Non appetũt aũt aliena, neq; accipere volunt alĩ; ob probitatẽ quandã, turpiumq; rerũ euitationẽ. videnť. n. aliqui, vel certe dicunt, ppea † conſeruare, ne aliq̃ agere turpe aliquid coganť. Iter hos eſt ẽt cuminiſeca, & vnuſquiſq; ali⁹ hmõi, qui nomẽ ſortitus eſt ab exceſſu, qđ ne mini quicquã daturus ſit. Alĩ; ob timorẽ ab alienis abſtinent: ppea q⁹ facile minime eſt, vt ſi aliquis aliena acceperit, alĩ; ab eo quicquã nõ accipiant: atque iccirco neq; accipere, neq; dare ipſis his placet. Nõnulli vero ſ accipiẽdo excedũt, dũ & vndecunq; & quodcũq; accipere nõ verenť: vt ſunt, q illiberalia opificia exercẽt, & lenones, et id genus cæteri: & fœneratores, † qui ẽt parua magnis cũ vſuris accipiũt. qui quidem oẽs neq; vnde debẽt, neq; quantũ debẽt, accipiunt. Cõmunis aũt his omnibus turpis q̃ſtus vr̃: cauſa. n. lucri oẽs, atque eius parui, opprobria ſubeunt. Nã qui magna vnde nõ oporteat, & quæ non oportet, accipiunt, vt tyrannos, qui vrbes populanť, & templa diripiunt: nõ illiberales, ſed improbos potius, ſed impios, ſed iniuſtos appellare cõſueuimus. At aleator, & fur ſeu ſpoliator, et latro ex illiberalibus ẽt ipſi ſunt: cũ turpi lucro dediti ſint. vtrique. n. lucri cã negocianť, & opprobria ſuſtinent. & hi quidem pericula maxima acceptiõis cã ſubeũt: illi ab amicis quibus dare deberẽt, lucranť. vtrique igiť cũ vnde nõ opz, velint lucrum cõparar̃, turpi lucro dediti sũt. atq; oẽs huiuſcemodi acceptiones ſunt illiberales. Merito vero illiberalitas cõtraria liberalitati ppea eſſe dr̃, q⁹ maius malum q̃ prodigalitas eſt. magiſq; ſ ea peccant hoſes, q̃ in prodigalitate, de qua ſuperius iã diximus. De liberalitate igiť, et oppoſitis vitiis hactenus dictum ſit.

a Lobſer uare.

b Leui tatem & magnus cũ vſuris accipiũt.

A B C D E F

DETERMINATIO IIII. TRACT. LIBRI NICOMACHIAE ARISTOTELIS.

DIxit. Poſt hoc aũt dicendũ de largitate quid eſt. Videtur itaq; medietas eſſe circa pecunias. nõ. n. laudatur largitas circa bellica, neq; circa ea, in quibus fit hõ temperatꝰ vel caſtus, neq; circa iudicia, ſed circa dationem & acceptionẽ pecuniarum. dignius autẽ eſt vt ſit circa dationẽ. & intelligo per pecunias, omne illud, qđ æquipollet numiſmatis. Et prodigalitas quidem ſuperfluit: auaritia vero deficit à medietate hac. Et nos quidem referimus auaritiam ad eos, qui plus debito amãt & laborant ad pecuniarum coacerꝰ uationem: prodigalitatem vero ad

G immerſos concupiſcentijs & expendentibus quicquid habent in voluptatibus. huiuſmodi.n.nominantur prodigi: ideo deteriores videntur aliis ab eis. plura enim mala ſimul inueniuntur in his pp multiplices maneries ſuarū concupiſcentiarum: & propterea non bene conuenit eis illud nomen. De natura nanq; eſt prodigi vt ſit in eo malū vnum: & eſt diſſipatio vel perditio pecuniæ ſuæ. & hoc, qm̄ prodigus mactat ſeipſum manu ſua: eō ꝙ putatur ꝙ deſtructio pecuniæ hoīs ſit mors ipſius: cùm vita eius per pecu

H niam compleatur. fm igitur hunc modum eſt prodigalitas. D. Et ea, quibus indigetur, ſunt quę expenduntur vſu bono, & quę vſu prauo, & diuitię ſunt de rebus vtilitatē afferentibus: & directus, ille ſ. qui virtutem habet in vnaquaq; rerū, vtitur vnaquaq; rerū meliori modorū: & virtuoſe ſe habens circa pecunias vtitur eis optime: & hic eſt largus. D. Eſt autem ſcitum ꝙ vſus pecunię eſt expenſio eius & datio: aggregatio vero eius & cōſeruatio lucratio ipſius eſt. eſt ergo de natura largi potius vt det vbi oportet, q̄ vt

I accipiat vnde oportet, & vt nō accipiat vnde non opꝫ. de natura &.n. virtutis eſt, vt ſit homo per eā conferens potius beneficia alteri q̄ ab altero ea recipiat: & vt ſit p eā operans honeſtum; potius q̄ à turpi declinans. D. Et de non occultis eſt: qm̄ beneficium & famoſum vel notorium donum inueniuntur in datione: & qm̄ receptio beneficij ab altero à ſe: & vt non faciat turpe inueniuntur in acceptione & retributione, & gratię debentur quidē datori: non ei qui accipit: & grates ét & cohibitio ab acceptione facilior K
eſt quàm datio: eō ꝙ dare habita
grauius eſt q̄ dimittere acceptionē
eius quod non habetur. Largi autē
ſunt illi qui dant: ſed qui accipiunt
non laudantur, qm̄ largi. verūtā
qm̄ ęqualiter ſe habent in acceptio-
ne, non minus ſunt in vſu æqualitatis q̄ largi. attamen non laudanē
valde: ſed largi diliguntur & laudā-
tur valde: eō ꝙ proficiunt, & profe
ctus eorū exiſtit per ipſorum dona
tionem. D. Et factum quidem vir-
tutis decorū eſt, et propter decorū
fit. et factum eius rectum eſt: eō ꝙ
ipſa facit equidem cui oportet, et L
quantum oportet, et vſt facit omnes res ſin ęqualitatē certam. et proprīū factū virtutis eſt quod fit delectabiliter et abſq; triſtitia Qui vero dat cui non opꝫ, et non propter
decorum, ſed pp cām aliam, hic nō
eſt largus, ſed nominandus eſt nomine alio. neq; ét qui dat et triſtatur, largus eſt. et hoc, qm̄ prēelegit
diuitias facto pulchro: hoc autem
nō eſt de facto largi. Et non accipit
ét aliquid vnde nō opꝫ: et hoc, qm̄
hæc acceptio nō eſt de natura eius,
qui nō honorat pecunias. neq; etiā
interrogat vel petit ab aliquo: ppea M
ꝙ nō eſt facile bono et beneficio vt
recipiat beneficiū ab aliquo. accipit
autē vnde oportet accipere: inten-
do à poſſeſſionibus ſuis: non quia
hoc pulchrum ſit, ſed qm̄ coactus
ad hoc, quatenꝰ habeat q̄d det. neq;
ét perdit hoc, q̄d habet cū accipiat
quidē pecuniā vt aliquibus dignis
ſufficiat per ipſam. et non indifferē
tēr cuicunq; tribuit: ſed conſyderat cui oportet, et qm̄, et cuius grā, et
vt datio eius fiat decēter. Et de natura quidē largi valde eſt vt addat in

da-

A datione, donec non relinquat ſibi ipſi niſi modicū, cùm non ſit eius intentio reſpectu ſuiipſius. Largitas autem eſt quidem ſm id quod poſſidet largus. non.n. largior eſt multū dans ex multo poſſeſſo modicū dante ex modica poſſeſſione: donec præcellat datio eius ſm proportionē eius ad poſſeſſum dationē alterius. D. Et ſcimus q illi, qui nō acquirūt diuitias per ſeipſos, ſed occupant eas abſq; acquiſitione, largiores ſunt aliis, eò q nō ſenſerunt vexationē & anxietatem indigentię in earū acquiſitione. neq; ēt fuerūt

B hę diuitię aliqd op⁹ ex operibus ipſorū, vt pp hoc amentur eas, cùm oēs homines ament opera ſua: vt parentes quærentes ſuos amant, & poetæ qui amant metra ſua. & pp hoc ſit vt ac quiſitor pecuniæ amet eſſe. Et difficile quidē eſt ditari largū vel diuitem fieri: cum nō accipiat aliquid neq; cōſeruet, immo diſtribuat pecuniā: neq; honoret eam pp ſeipſum ſed diſtribuendi eā. Veruntñ homines culpant fortunā circa largos, & dicunt ferē nunquam ditatū illum, qui meretur diuitias. attamen hoc non accidit circa largos pter rōnē

C & caſu: eò q non eſt poſſibile alicui vt fiat pecunioſus niſi intendat pecuniarū aggregationi: quemadmodū non ſit in alijs rebus: intendo q non fit alicui aliquid abſq; eo q intendat, & laboret ad illud. D. Et non dat largus, ſicut dixim⁹, cui non op3, & non vt non oportet: & ſic de reliquis diſpōnibus quæ non conueniunt. ſi enim fecerit hoc, nō erit factum eius ad imperiū virtutis: & ſi expenderit pecuniam ſuā, in his non erit expenſa eius prout op3 Res igitur eſt, quēadmodū dixi-

Nō ſit aliquid alicui inutile et ſine vſu ad illud.

mus, ſ q largus expendit ſm quanti D tatem habitorū, & in quibus oportet: qui vero ſuperfluerit in his, pdigus. & pp hoc nō nominant ſuperflue diuites prodigi: eò q expenſa eorū non ſuperexcreſcit in cōparatione multitudinis diuitiarum ſuarū. Cūq; ſit largitas in datione & acceptiōe pecuniarū, tunc largus quidē dat & expēdit in quo oportet & quantū op3: & hoc in paruo & in multo mō debito & delectabiliter: & accipit vnde neceſſe eſt, cū neceſſe eſt. Et hoc, qñ virtus cū ſit medietas in eo q eſt vtrq; res ſi- E mul, erit largus agens eas ambas ſimul ſm q oportet: intendo q dat vt oportet & accipit vt op3. & hoc, qñ dationem virtuoſam ſequitur hmōi acceptio. qñ vero acceptio nō fuerit hmōi, contraria erit virtuti: ideo q acceptio & datio, quarum vtraq; ſequit ſuam comparem, neceſſario ſiunt ſm aptitudinē vnam eandem & intendo, qñ qui dat vt oportet, accipit vt op3: & dat vt nō oportet, quia accipit vt nō oportet. vt autem inueniant duo contraria ex iſtis in diſpoſitione vna nō contingit. Et pp hoc, quando accidit largo vt expēdat pecuniā ſuam ali- F ter q expedit, & pter rectitudinē, anxiatur & triſtatur. ſi vero expenderit eā menſurate, et ſm q oportet, gaudet et delectatur ex hoc. igitur virtutis eſt vt delectetur homo, et gaudeat ex iſto: anxietur aūt & triſtetur ex altero. D. Et largus bonam facit communicationē in pecunia: non.n. pōt iniuriari cū non honoret pecuniam. et vehemens ſit eius anxietas, qñ nō expēdit, in quo neceſſaria eſt expenſa. prodigus vero peccat in his, eò q non dele-

G ętaſ, in quibus eſt delectandū: neq; ét triſtaſ, in quibus eſt triſtandum, Et qñ proceſſerimus ſermone, apparebit hęc intentio magis. ſā autē diximus ꝙ prodigalitas & auaritia ſunt additio & diminutio, & ſunt ſ duabus rebus, ſ in acceptione & in datione. Prodigalitas quidem addit ſuper medietatē in datione: & deficit à medietate, quæ eſt in acceptione. auaritia autē deficit à medietate in datione, & addit ſuper ipſam in acceptione: pręterquā in rebus paucis. Duę ergo diſpoſitiones prodigalitatis ferē non coniunguntſ & non H perdurant: eò ꝙ nō eſt poſſibile homini vel nō facile ei vt det cuilibet, & à nemine accipiat q̄quā. cui. n. nihil reſtauratur, habita finiumſ velociter: quibus aūt non reſtauranſ, ſunt illi, de q̄bus putatur ꝙ ſint ꝓdigi. Attamen de prodigo videtur ꝙ ſit multo melior auaro. & hoc, qñ ablatio vel perditio diſpōnis prodigi, & rectificatio ipſius facilis eſt ex parte ętatis vel difficultatis: & poſſe ē ei vt appropinquet medio, cū in eo inueniatur qđ inueniť in largo, ſ ꝙ dat & non accipit: niſi ꝙ differēna inter ipſum & largum I eſt, ꝙ ipſe neutrum horū agit, prout oportet. Si ergo expergefactus fuerit, & obedibilē ſe reddiderit ad tranſmutandū, ab hoc efficietur largus: & hoc per cōmenſurationē huius facti, ſ. vt det cui oportet, & non accipiat vnde non oportet. & propter hoc putatur de eo ꝙ nō ſit peruerſi moris vel malæ creatiōis: qñ non eſt de natura mali & vilis vt ſuperfluat in datione & non accipiat, ſmo hoc non eſt niſi de natura opulenti. D. Qui itaq; fuerit prodigus ſm hunc modum, ſcimus de ipſo, ꝙ multo melior eſt auaro, ꝓpter cauſas, quarū fecimus mentionem: & K qñ prodigus multis hominū proficit, auarus autē nemini neq; ſibimetipſi. Veruntñ plures prodigorum, quemadmodum diximus, accipiunt aliquid vnde non oportet. ſunt ergo ſm hunc modum auari, & non accipiunt niſi quia volunt expēdere, aut quatenus facultatem habeant expendendi. habita enim ab ipſis velociter conſumuntur: coguntur igitur ad acquirendū ex locis alijs. & qñ ipſi cum hoc non ſollicitantur ad rem honeſtā & decoram, tunc anguſtantur eorū pecto L ra, & accipiunt ex oī loco, in quo quaſi venandi oportunitatem inueniunt & hoc, qñ non deſyderaut niſi vt dent, neq; curant vnde accipiāt & qualiter. Et ideo fit vt datiōes ipſorum non proportionentſ largitati, neq; ſunt decorę: neq; agunt eas propter decorū, neq; quemadmodū oportet. aut ipſi fortaſſis dicant eū cui pertinet vt ſit pauper, & ei q mores habet honeſtos, non dant q̄c quam. & fortaſſe pecuniā multam dant, requirendi eam ab ipſis adulatorie, aut per modum alium delectanť eos. & propter hoc plures ip- M ſorū ſubmergūtur in delectationibus ſuis. cùm. n. expendere ſit facile eis, conuertunt expenſas ſuas in ſua deſyderia: quoniamq; vita & conuerſatio ipſorū non eſt decens neq; decora, proni fiūt ac declues in voluptate. Cùm itaq; prodigus nō fuerit obedibilis diſciplinæ, traducitur ad iſta: cùm autē ſtudioſus ſuiipſius fuerit, et circūſpecte rē ſuā animaduerterit ad medū, ét cōuertet ad id qđ oportunum eſt. Auaritia autem eſt peſtis irremediabilis. & huius cā eſt,

LIBRARY
UNIVERSITY OF KENTUCKY

A eſt, qñ putatur de ſenectute & de omni debilitate ꝙ reddant habentem eas auarũ. & hoſtes per naturã promptiores ſunt ad eam q̃ ad prodigalitatẽ. plures enim hominũ amãt collectionẽ pecuniæ, magiſq; eius diſtributionem. Auaritia autem ſiue illiberalitas de multis rebus dicitur, & eſt multarum ſpecierum. Et putatur ꝙ ſint multę eius diſpõnes. cum n. inuenitur circa duas res, ſcilicet in defectu dationis & ſuperfluitate acceptionis, ſit ne aggregentur ambæ eius ſpecies vñ cum vno aliquo, ſed fortaſſe ſeiungunt, donec ſuper B fluant quidã hoſum in accipiendo, & quidã eorũ deficiãt in dando. & hoc, qm̃ ille, qui nominat ſchahyhan, & leymen, & bachilen, eſt ille, qui deficit à datione, ſed nõ concupiſcit opes alterius, nec vult accipere quicquã ab aliquo. Et quidã ipſorum faciunt hoc, vt recedant à ſuſpitione rei turpis. etenim ipſi dicũt ꝙ conſeruant opes ſuas, timẽdo ne conuertant ad actum rei turpis. Et de iſtis eſt ille, quẽ nominat vulgus numeratione lentiũ. & ꝙ ſimilatur huic non nominant eos per hmõi res, niſi propter ſuperfluitatẽ retenC tionis ſuę ad hoc, ne vlli dent quicquã. Et quidã ipſorum cohibẽt ſe, ne accipiant aliq̃d ab aliquo: eò ꝙ videãt nõ eſſe rem facilẽ vt accipiat homo rẽ alterius, & non largiat alteri de ſuo. ſunt itaq; propter hoc cõtinẽtes ſe ab acceptiõe, neq; largiuntur aliquid de ſuo. Quidã vero valde excedunt in acceptiõne, donec accipiunt ex oĩ parte, & oĩ modo & oẽ quod poſſunt: quemadmodum faciũt lenę, & proſtibulatij, & ſimiles iſtis qui accipiũt modicum pro multo. etenim oẽs iſti accipiunt vnde non oportet, & quantũ nõ oportet. Et cõe eſt eis lucrum turpe: oẽs nanq; ipſi portant opprobrium & inuerecundiã publicam cauſa lucri parui. Et hoc, q̃a qui eximia vnde non oportet accipiunt, nõ nominamus auaros, vt tyrannos, qñ depredant ciuitates, & expoliant altaria: ſed dignius eſt vt nominemus eos malos, & incredulos, & iniurantes. Luſores aũt talorum, & alearum, & latrones ſunt de auaris, eò ꝙ requirunt lucra turpia. & faciunt hoc q̃a faciũt lucri cã, & ſuſtinent ignominiam. & latrones ſuſtinent diſcrimina maxima rapiendi ſiue accipiendi cã: & aleatores lucrant de amicis ſuis, q̃bus oportunius fuerat vt darent vtriq;. itaq; tam aleatores quã latrones quærunt lucra, vnde non oportet. ſunt igitur ꝓp hoc lucratores lucrorũ turpiũ voluntarie. D. Et oẽs iſti modi accipiendi de natura ſunt auaritiæ: & neceſſario dicit ꝙ auaritia ſit cõtraria largitati. auaritia. n. maior malitia eſt quàm prodigalitas: & plus peccant in ea homines q̃ in prodigalitate. D. Tantũ igit nos oportebit dicere de largitate, & de malitijs contrarijs ei. D E F

De magnificentia, & eius extremis. Cap. 2.

SEqui videtur, vt de magnificentia ſeu magnidecentia diſſeramus. nam ẽt ipſa eſſe quædam virtus vr̃, quę circa pecunias verſatur: non in omnes tñ quæ ad pecunias ſpectãt, actiones, ſicut liberalitas, diffunditur, ſed in ſumptuoſas tãtum: atq; in his liberalitatem magnitudine excellit. nam ſicut no-

477274

dationum lucri & damni mediũ eſt: vnde et cũ altercanť hoſes, ad iudicẽ confugiunt. ad iudicẽ autẽ ire, ẽ ire ad ius ipſum: quippe cũ iudex nihil aliud ſit, quã ius quoddam animatũ. et quæ-
runt iudicem medium: & vocant nõnulli mediatores. quaſi ſi medium fuerint conſequuti, ius quoq; ipſum ſint conſequuturi. Ius igiť medium quoddã eſt: ſiquidem & iudex. iudex au-
B tẽ ad æqualitatẽ redigit. Et quẽadmodũ ſi linea in duas inæquales ptes diuiſa ſit: illud quo maior pars dimidiũ excedit, ab ea aufert, & adiungit minori: cũ autẽ totũ æqualiter fuerit bipartitum, tũ vero ſuũ ſe habere inquiunt, cũ æquũ quiſq; acceperit. AEquum autem mediũ eſt pluris & paucioris arithmetica proportiõe: ac ꝓpea appellatur ius ἴσον, eò q; δίχα, ideſt bifariã diuiſum eſt: quaſi ἴσον, i. bipartitũ dixeriſ: et iudex ἀνωτὴς, D quaſi ἀνατὴς, i. bipartitor dicit. Si. n. duo ſint æqualia, et ab altero aliquid auferatur, et addatur alteri, id duabus talibus partibus alterũ excedet: nã ſi dẽpta quidẽ eſſet vna pars ab altero, nõ adiuncta tñ alteri, vna tantum parte eiuſmodi excederet, efficietur igiť vt & id cui eſt adiũctũ, vna parte mediũ, & mediũ vna ſiť illud excedat, à quo detractum eſt. Ex hoc ergo cognoſcemus et quid ab eo detrahendũ ſit, qui plus habet: & qđ E ei qui minus hẽt, adiungere debeamus. Id. n. quo mediũ excedit, minus habenti addendum eſt: id aũt quo excediť, à maxio eſt detrahẽdũ. Sint æq̃les iter ſe lineæ AA, et BB, et CC: demaſq; ab AA pars q̃dã AE, et addať ei in qua eſt CC: efficiaturq; C D. Quare tota DCC linea excedet E A parte ea in qua eſt CD: et ea in qua eſt C F: excedet igitur ẽt mediam, id eſt BB parte CD.

C F



Eſt autem hoc in alijs quoque artibus. tollerentur enim, niſi & quod facit, & quantum & quale faceret: & quod eo afficitur, & tanto & tali afficeretur. Quin etiam nomina hæc damnum & lucrum & ſpontaneis contractibus videntur emerſiſſe.

G ſiſſe. cum enim quis plus habet, q̃ ſuum erat, lucrum: cũ minus, q̃ a principio habuerat, dãnũ facere dicit, in vendendo, ſ. & emendo, alĩſq; hmõi, quę legibus permittuntur. Cum autẽ neq; plus neq; minus, ſed ſua cuique per ſe ipſa euenerint: ſua ipſorum habere dicuntur, neq; damnũ pati, neq; lucrari. Quare ius lucri cuiuſdam & damni eorum eſt medium, quę præter ſpontaneum fiunt: cũ æquum quiſq; & prius et poſterius hẽt.

H Dixit. Species autẽ ſecunda eſt, quę ſit in rectificando connegociationes in rebus voluntarijs & non voluntarijs. Et in hac iuſtitia eſt ẽt ſpecies iuſtitię, quæ fit ſm viã proportionalitatis: intendo illam, quę ſit in diuiſione rerum cõmuni cabilium veruntñ differentia inter vtraſq; eſt: qm̃ iuſtitia, quæ eſt in connegociationibus, eſt in rectificatione æqualitatis inter connegociantes: intendo ęqualitatem verã, non æqualitatem, quę ſit ſm viam proportionis. Veruntamẽ cum ſit I æqualitas quaſi mediũ inter detrimentũ & lucrum, i. additio lucri ſuper ipſam, vt additio ipſius ſup detrimentũ: & ſit hęc diſpoſitio proportionis numeralis: nominauit eã Ariſt. ſm menſuram proportionis arithmeticæ. & propter hoc, nõ eſt in hac iuſtitia diuerſitas ex eo, q; vnus connegociantium eſt honoratior altero. & iſtud cõe eſt, donec ſit in cõnegociatione illa, q̃ eſt in damno: etenim nõ eſt dria inter hoc vt malus priuet bonũ, aut bonus malũ, q̃n oporteat vt priuet priuator. & ſiſt op; vt fornicator puniat pr K na æquali ſuæ fornicationi, ſiue ſit fornicator malus, aut bonus. & ex quo ẽ diuerſitas in illis malitijs dãniferis, neceſſariũ fecit lex vt ſeruet in his vſus æqualitatis, nõ vſus proportionalitatis. Et ppea, qñ iniuriatur alter alteri, aut dãnũ intulerit, & fuerit hoc ſm inęqualitatem, conat dominus iuſtitię legalis vt conuertat ad æqualitatem. Etenim, cũ verberauerit eum, q̃ verberauit, & vulnerauerit eũ q̃ vulnerauit, & interfecerit eum, qui interfecit, iã conuertit actionẽ & paſſionẽ in iſtis p differentias ęqualitatis. dñs itaq; iu L ſtitiæ ſemper conatur vt diminuat ex lucro & ęquet ipſum cum detrimento: intendo vt ambo ſimul detrimentum ſubeant ſm diſpoſitionem vnam, aut lucrentur ambo ſm diſpoſitionẽ vnam. Etenim lucrũ & detrimẽtum poſſe eſt vt dicantur cõiter de oſibus, in q̃bus cõnegociatio: ſiue ſit vtilis ſiue dãnoſa: & ſi ſit nõ cõueniens dãnis, quemadmodũ cõuenit proficuis. poſſumus. n. dicere de eo, qui ꝑcunt, qm̃ lucrat: & de eo q̃ ꝑcutit, q̃ perdit. Et vſt in paſſionibus, q̃ fiunt ab vno ad alterũ, M qñ nõ fuerit in eis ęqualitas quędã, nominant damnũ vel ꝑditio, & q̃dã lucrũ. Et cũ ſit æq̃tor mediator inter plus & minus, & lucrũ & damnũ vtrũq; ſit plus altero & min' modis cõtrarijs, lucrũ q̃dẽ plus de bono, minus de malo, damnũ aũt plus de malo, & min' de bono, & ſic q̃tor Iter vtrũq;, intẽdo Iter lucrũ & dãnũ iuſtitia rectificãs, tũc iuſtitia rectificãs neceſſario erit in actionibus mediãs inter lucrũ & dãnũ. Et ꝓp hoc, qñ cõẽdunt, cõueniunt ad dñm iſti' iuſtitię, i. ad iudicẽ. nã iudex

A der eſt iuſtitia rectificatiua alata, i. cui ẽ ala. & ĩ quidã hoſtum ñomĩnãt hmõi, cõmediatores, cũ ſit qui dẽ ipſorũ intẽtio inuenire mediũ: & qñ inuenerint ipſum, ſunt iuſti: etenim iuſtitia res cõmedians ẽ. D. Et dñs iuſtitiæ rectificatiuæ æquat ſter diuerſos, qñ inciderit cõnegotiatio diuerſa p hoc, q̃ diminuit de parte maiori excedẽte mediũ, & addit minori partẽ illã: ſm quã deficit a medio, vt cõtingit ei, q̃ diuidit lineam in duo dimidia inæqualia, qñ vult æquare ſter ea. diminuit. n. a linea maiore hoc, ĩ quo excedit dimi
B diũ lineę: & addit minori illud, ĩ quo excedit a dimidio lineæ etenim linea æquãs eſt mediũ in eo, qđ ẽ ſter lineã maiorẽ & minorẽ ſm ꝓportiõs arithmeticę mẽſurã: intẽdo q̃ diminutio eius à maiore ẽ vt additio ei⁹ ſup minorẽ, qñ fuerit maioris & minoris ex linea illa, q̃ diuiſa fuit in duas partes nõ ꝓpinquas diſtãtes à medio diſtantia vna. D. Et dẽ iuſtitia quidẽ nomẽ iuſtitię Græco à diuidẽdo ĩ duo dimidia. & dñs iuſtitię, i. iudex, eſt ille, q̃ diuidit ſter hoĩes p duas ptes cœquales: & op⁹ ipſum ſcire q̃d ẽ diminuẽdũ à
C maiori, & q̃d addendũ minori. Cũ n. fuerint duo cœqualia: & auferũtur ab vno ipſorũ duę partes, & addunt alteri: illud cui fit additio, fit maius ſm iſtas duas ptes, & ſm eas excedit mediũ, & deficit min⁹ à medio ſm eaſdẽ. aut qñ auferẽ ab vno cœqualiũ pars vna, & addit alteri, tũc q̃dẽ deficit minus à medio ſm vnũ. & excedit ipſum mai⁹ ſm vnũ. Op⁹ igit̃ qñ voluerit iudex cœquationẽ, vt addat illi q̃d deficit à medio exceſſum illũ, in quo excedit ipſum mediũ, & diminuat à maiori additionẽ illã, ſm quã exceſſit me- D diũ. Et iſta æqualitas inuenit̃ in oĩbus artibus, eò q̃ actio cuiuſcunq; artis terminãda ẽ in q̃litate & quãtitate: & paſſio ab actiõe agẽtis ĩ eis ẽ terminata ĩ qualitate & q̃tate. & ſi nõ, tũc lõge eẽt inuẽtio medij in eis, intẽdo in artibus diuerſis, ſi nõ eẽnt actiones & paſſiões ꝓprię vnicuiq; arti terminatę in qualitate & quãtitate. Et ẽ q̃ dẽ intentio dãni & lucri in cõnegociatiõibus voluntarijs, q̃ qñ hõ acceperit plus q̃ pertineat ei, i. qđ dederit, dr lucrari: & qñ acceperit min⁹ quã dederit dr̃ perdere: vt cõtingit in vẽditiõe & em- E
ptione, aut in cęteris rebus, in q̃bus pmittit lex cõnegociatiões. Qñ aũt nõ accipit neq; plus neq; minus q̃ dedit, tũc nõ dr lucrari, neq; perdere. Eſt itaq; iuſtitia mediatrix inter lucrũ & dãnũ in rebus voluntarijs.

De retaliatione, numo, & indigentia. Cap. 5.

VIdeẽ aũt nõnullis & retaliatio abſolute & ſimpl̃ ius ipſum eẽ: quẽadmodũ Pythagorei dicebãt⁹. n. abſolute eẽ retaliationem definiebãt. verũ retaliatio neq; ad di- F
ſtributiuũ ius, neq; ad emẽdatiuum accommodatur. volunt tamen ipſi Rhadamanti quoque ius hoc dicere. (idẽ: Si cõtrà paſſus fuerit, q̃d fecerit Iudicium planè rectum, vindictaq; fiet.

Sæpenumero enim diſſidet: vt ſi magiſtratũ quis gerens pcuſſerit, repcutiẽdus nõ eſt. ſi autem magiſtratũ gerentẽ quis pcuſſerit, non ſolum eſt percutiendus, ſed

Vide p. Mag. M. tal. ca. 14.

G ſed ſupplicio in ſuper afficiendus. adde ꝙ ſponte ne an inuiti fecerimus, multū refert. Sed in cōmunitatibus cōmercialibus tale ius retaliatum cōſeruat rē, ſi ex proportione,non ex ęqualitate exiſtat.contra. n.faciendo ex proportione ciuitas continetur. Vel enim dant operam homines vt malū reddāt, alioqui eſſe ſeruitus vī, niſi par pari referaſ:vel vt bonū recipiāt, alioqui nulla fiet participatio:parti cipatiōe āt ciuitates cōſiſtūt ac K cōtinenſ.vnde ēt Granarū tem plū obuiā ſtatuunt, vt retributio efficiaſ. quippe cū id ꝓprīū Giratiarū ſit, vt & ei qui nobis gratificatus ē, viciſſim inſeruiamus: & ipſe rurſus gratificādo nos,ꝓuocet.cōiunctio autē quę ꝙ diametrū ſit, retributionem hanc facit, ꝙ cōſtat,ꝓportione. exēpli gīa,ſit ędificator, in quo ſtatuaſ A: ſutor, ſ quo B: domꝰ, in quo C: calceus,in quo D.



Oportet igitur, vt ædificator à ſutore opus ipſius accipiat,et ipſe ſuū illi tradat. Quòd ſi primū ſit æquū ex proportiōe, deinde retaliatū efficiatur,erit id qđ di I cimus:ſin minus,æquū nō erit, neq; cōſiſtet. nihil.n.vetat quominꝰ opus alteriꝰ, alterius opere ꝑſtabilius ſit, quocirca adæquanda ea ſunt. Eſt autē hoc in alīs quoq; artibus: tollerentur enim,niſi et qđ facit, & quantū et quale faceret: & qđ eo afficiē, & tanto & tali afficeretur. Non n.ex duobꝰ medicis ſocietas fit, ſed ex medico et agricola: et dēmū diuerſis & non ęqualibus. ſed hi tñ adæquandi ſunt.Iccirco omnia ea, quorū eſt permutatio, cōparabilia eſſe quodam modo debent, ob quod numus in vſum venit, qui quodā modo mediū efficitur: metitur.n. oſa: quare ēt exceſſum & defe- M ctū:quot ſ. calcei domui, vel alimēto ęquales ſint. Oportet igitur quotus eſt ędificator, aut agricola ad ſutorē,tot calceos ad domum,aut alimentū æquiparari.niſi enim ita ſit, nec permutatio, nec ſocietas eſſe vllo modo poterit: id autē non erit,niſi æqualia omnia quodam modo inter ſe ſint. oportet igitur, vt vno quodā, ſicut dictum eſt ēt prius, cuncta menſurētur. at id

eſt

A eſt re vera quidē indigentia, q̄ oſa cōtinet: nā ſi nulla re indigerēt hoīes, aut nō ſimiliter, efficeretur vt vel nō eſſet vlla oīno, vel non eadē permutatio. ſed indigentiæ tū loco ex pacto quaſi ſubſtituit numus. vnde etiā nomiſma appellatur, eò q̄ nō natura, ſed νόμῳ, id eſt inſtituto & lege cōſtet: in nobisq̄ ſit eū mutare, atq̄ inutilē reddere. Erit igitur retaliatio, cū adæquata iā ſingula fuerint: vt quo loco eſt agricola ad ſutorē, eodem opus
B ſutoris ad agricolæ opus ſit. Cū autē permutarint, in figurā p̄portionis redigere opus nō eſt: alioqui alterū extremū vtraſq̄ haberet exuperatiōes. ſed vbi habuerint ſua quiſq̄, ita æqui & ſocij efficiuntur: eò q̄ in ipſis fieri hæc æqualitas pōt. Sit Agricola A: alimentum C: ſutor B: opus ipſius adæquatum D. ſi autem non hoc modo fiat retaliatio, nulla erit ſocietas.

6 agricola A —— B ſutor 3

C 4 alimētum C —— D calcei 4

Indigentiam vero quaſi rē vnā quandam eſſe quæ contineat, illud declarat: q̄ cùm mutua operā indiguerint aut vtriq̄ aut alteri, permutationem non faciunt: quemadmodum cùm eo, quod quiſpiam habet, alius indiguerit, vt vino, pro quo frumenti exportationē concedūt. id igitur adæquatum prius ſit, neceſſe eſt. Sed licet nunc non indigeat quiſquam: pro futura tamē permutatione quaſi ſpon D ſor, ſi indigentia inciderit, eam fore, nobis intercedit numus: q̄ enim eum affert. accipiendi facultatem habeat neceſſe eſt. Idē tamen etiam ipſi huic contingit: non enim ſemper æqualiter poteſt: quamuis magis ſoleat permanere. iccirco precio cuncta æſtimata eſſe oportet. ita. n. ſemper erit permutatio. at ſi ea fuerit, ſocietas quoq̄ ſit neceſſe. Numus igit̄, vtpote medium, commenſurabiles inter ſe efficit res, atq̄ ita adæquat. neque E enim vlla eſſe ſocietas poteſt, niſi ſit permutatio: neq̄ permutatio, niſi ſit æqualitas: neq̄ æqualitas, niſi ēt commenſuratio ſit. Ac re quidē vera fieri non pōt, vt quæ adeo inter ſe diſtant, cōmenſurabilia efficiantur: ſed, p indigentię tū ratione ſatis commode fit. vnum igitur quoddā eſſe oportet atq̄ id ex conſtitutiōe. vnde ēt nomiſma, ideſt numus vocatur. hic enim eſt, qui commēſurabilia reddit oſa. nu- F mo. n. oſa menſurantur. Sit Domus A: minæ decē B: lectus C: ſitq̄ A dimidium ad B: ſiquidē quinq̄ minis domus digna eē cenſeatur, aut æquali re: lectus autē, ideſt C decima ſit pars ipſius B. patebit profecto quot lecti domui æquales euadant: nimirum quinque.

A	B	C
domus		lectus
5 ——	10, ming ——	1
		Im

G Ita aũt fieri consueuisse permutationẽ anteq̃ numus inueniretur, perspicuũ est. nihil .n. interest an lecti quinq; , pro domo vna exhibeant: an tm̃, quanti lecti ipsi quinq; constant. Quid igitur iniuria, quid item ius sit, dictũ iã est. His ita definitis perspicuũ est iustam actionẽ inter afficere iniuria & affici mediũ quoq; esse: illud.n. plus habere est: hoc minus. Iustitia vero nõ eodẽ mõ, quo alię supiores virtutes, mediocritas est: sed ob id H quia medĩ est: iniustitia aũt extremorũ. Ac iustitia quidẽ est, qua iustus dr̃ iusti operator ex electione, ac distributor tam sibi ad alterũ, q̃ alteri ad alterũ: nõ ita vt expetẽdarũ rerũ maiorẽ partẽ sibi, minorẽ alteri exhibeat, damnosarũ econtrario: sed ęquũ ex proportione distribuat. et alteri ad alterum simili modo. Iniustitia aũt cõtra est, qua iniusti operator et distributor vnusquisq; dicitur. id autẽ excessus & defectus est vel vtI lis rei, vel damnosæ præter proportionẽ. atq; circo iniustitia excessus est & defectus, qa exuperationis & defectionis est. In se quidem exuperationis rei illius q̃ absolute est vtilis, & defectionis dãnosę: in alijs in vniuersum quidẽ similiter, quãtũ tñ ad id spectat, qđ præter proportionẽ est, vtro modo incidit. iniuste facti autẽ minus est iniuria affici, maius afficere. De iustitia qdẽ & iniustitia, quęnã sit vtriusq; natura: de iure simiK liter et iniuria in vniuersum, ad hunc modum dictum iam sit.

DIxit. Et quidam hoium videnꝯ iustitia absolute in oĩbus rebus est iustitia, quæ fit in rebus, quę sunt contrarię passionibus: doloris connegouationibus fm ęqualitatẽ: & ẽ illa, q̃ nominat̃ pars digne retribues. & est via antiqua in iustitia, q̃ proportionat̃ Pythagoricis, et Academicis famosa apud eos m positione legũ. D. Hęc aũt iustitia nõ est in aliquo ex iustitia diuisa: eõ ꝙ virtus non habet partẽ condigne re L tributiuã, neq; ex honore, neq; ex pecunia. & inuenit̃ quidẽ hæc iustitia magis̃ iustitia rectificatiua: sed tñ in hoc qđ ex ea est voluntarium, & hoc in vsibus cõmunicabilibus: vt pars cõdigne retributiua, q̃ est in venditiõe & prędj & solutione, & in alijs q̃ sunt in cõnegotiatione. in parte aũt q̃ est in damnis, multotiens cõtingit iustitia per actionẽ diuersam ab illa actiõe, aut inęqualitate: intẽdo eã, quę p damnũ intulit. D. Et pp hoc putatur de dño positionis legũ, q̃ contradicat sibi in M dicto suo, cũ dicit ꝙ iustitia absolute est pars condigne vel ex ęquo retributiua: post dicit ꝙ, qñ dñs principatus vulnerauit aliquem iniuriose, non opt solũ vt vulneret, sed ẽt vt pęnis afficiat. Et dixit qdẽ hoc, vt ęstimo, eõ ꝙ vulneratio à principe ab intẽtione malitia ꝓcedit, q̃ malitia, q̃ non est a principe. D. Et sit quidẽ iustitia, quæ est pars coæquans in rebus proportionalibus diuersis nõ inconuenictibus coęqualibus: intẽdo p proportionales res, in gbus est cõicatio inter holes p modũ

A dū ꝓportionalitatis nō ex parte cō
uenientiæ ſpēi. nō. n eſt hoī vita, niſi
fuerit aggregatio vtilis in vita: niſi
fuerit cōnegociatio p res cōuenien
tes in proportiōe non in ſpecie. ete-
nim connegociatio ſupplens defe-
ctū vniuſcuiuſq; cōnegocianti nō
fit cōuenientibus in arte vna: vt cō
negociatio inter medicum et medi
cum non. n. indiget medicus medi-
co. & nō fit niſi in diuerſificatis in
arte: vt cōnegociatio ſter agricolā
& medicū. hæc. n. ſupplet agricolæ
medicationē qua caret, & medico
B cibū quo caret. & hęc connegocia-
tio nō fit niſi fuerit iuſtitia: & eſt vt
det medicus agricolę iuxta menſu-
rā, qua dederit ei agricola. Dixit. Et
ꝓ hoc ciues obſeruant leges obſer
uatione valida, vt fiat coæqua retri
butio. hoc. n. eſt propriū legi, & fit
quidē coęqua retributio ſ rebus cō-
municabilibus ex parte proportio-
nalitatis ꝓp aggregationē neceſſa-
riā hominibus in vita ſm modum
opinionis, non ſm modum conue-
nientiæ. Et hæc vt oppoſitio, q̄ fit
ſm duas extremitates diametri ca-
lentis in circulo, & in rebus quidē
oppoſitis inuenitur coæqualitas ex
C parte proportionis. niſi enim eſſet
arti domificatoris ad artē artificis
calciamentorū proportio eadē, que
eſt operi domificatoris, ſ domui ad
opus calcificis. ſ. ad calceū, non poſ-
ſet cōprehēdi notitia ęqualitatis in-
ter illa duo opera. niſi. n. eſſet cōica
tio, nō inueniretur inter eos cōne-
gociatio. nam q̄n non indiget alter
cōnegociantū ſocio ſuo, aut vter-
que vtroq;, non erit penitus conne-
gociatio. fit vero, q̄n vterq; eorum
indiget eo, qđ eſt apud alterum: vt
q̄n habens vinū indiget tritico, qđ
habet alter, & ecōuerſo. Cum itaq; D
connegociatio fit ꝓp indigentiam:
& quorundā indigentium nō ſem-
p cōueniunt in eadē hora indigen-
tiæ: v. g. carpentarius interdū indi-
get agricola, qui illa hora nō indi-
get carpētario, ſed medico, vel ali-
quo alio, & ſic de alijs in alijs: po-
ſuerunt inter ſe hoīes per modum
cōuenientiæ aliquid, qđ ſit inſtm
cōnegociādi in oībus. & hoc eſt nu
miſma. hoc igit̄ iſto mō factum eſt
vice ſupplentis indigentias abſolu-
te. Cūq; ēt venditor nō ſemp in illa
hora egeat emptiōe rei alterius, ſed
egebit in poſterū, factus eſt ei dena- E
rius tanq̄ fideiuſſor ſupplendi ne-
ceſſitatē futurā. & cūm iſta inueniā
tur in denario ex poſitiōe, & ſit no-
men legis apud Grēcos, denomina-
tiuę ſumptū ā poſitiōe, nominatus
eſt denarius in lingua Græca, nole
denominatiue ſumpto à lege. Cūq;
ſit ēt ęqualitas neceſſaria ad perma
nentiā cōnegociationis & duratio-
nē eius, & difficilis ſit cognitio coę-
qualitatis inter res diuerſas: poſue-
rūt denariū tanq̄ ęſtimatiuā ęqui-
pollentiarū in rebus. Factus ē ergo
quaſi cōmediator quodāmodō, cū F
ſit ęquās ſter additionē & diminu-
tionē. & hoc, q̄n ſi eſſet proportio
artis domificatoris ad artē calciato-
ris ꝓportio dupli, tunc oporteret vt
eēt ꝓportio dom° ad calceū hęc ꝓ-
portio. Eēt ergo cōnegociatio iuſta
in hoc, vt daret domificator domū
vnā, & acciperet calceos duos: ſed, cū
ſit ę̄ pēſio ſter res difficiles, poſue-
rūt oīb° reb° ſm ꝓportionē ſuā æq-
ualētiā vni° eiuſdē rei, & ē denarius.
p hūc igit̄ facilis ē ei° inuēnio ęq̄lita
tis. etenim nō refert vt dem ſ cābio
dom° duo calcei, aut dem æſtimatio

G ſcij ipſorũ.denarij ergo poſitus ẽ I ciuitatibus pp iſtas duas cãs: inter do pp facilitatẽ inuẽtionis ęqualitatis, & pp conuenientiã indigentiæ. D. Iam ergo manifeſtũ hoc ẽ ex dicto quid ſit iniuſtitia, & qd iuſtitia. Et ex hmõi diſtinctiõe manifeſtũ eſt ꝙ iuſta cõnegociatio eſt in eo, qd ẽ inter facere iniuriã & pati eam.etenim iniuriatori eſt magis de bono & iniuriato minus. Iuſtitia autẽ,ꝙ eſt in cõnegociatione,eſt cõmediatio inter eos,nõ per modũ,per quẽ cęterę virtutes ſunt mediatio: eõ ꝙ iſta mediũ eſt relatũ alteri. virtutes H aũt ſunt,quarũ media nõ ſunt relata ad alterũ. & ſiſt iniuria hęc eſt in extremitatibus per relationẽ ad alterũ: malitię aũ ſunt in extremitatib⁹ nõ relatis ad alterũ. Et pp hoc, qñ accipit virtus,ſm ꝙ eſt relata ad alterũ, eſt iuſtitia vſus ſm ꝙ prędictũ ẽ.& ex iſto manifeſtũ ẽ ꝙ iuſtus eſt,q facit iuſtitiã inter ſe & alterũ, & inter alterũ & alterũ : & iniuſtus eſt ille,q dat ſibi plus de bono & alteri minus, & de dãno ſm huius diuerſum.intendo ꝙ det ex ipſo alteri plus,& ſibi ipſi minus ſed iuſtus ẽ I ille, qui dat æquale inter ſe & alterum, & inter alterum & alterũ: iniuſtus autem eſt contrarius huic.

De iniuria & iure ciuili,herili, & familiari. Cap. 6.

Vlie parẽ vſq. ibi. Nõ ẽ aũt, non exponat Auer.

QVomã vero fieri põt, vt qs licet iniuſte agat,non tñ ſit iniuſtus: qualia nã iniuſte facta quiſpiam committens in vnaquaq; iniuſtitia iniuſtus cõtinuo eſſe dicẽdus eſt? fur ne, an adulter,an latro? An ita quidẽ nihil intererit, nam concumbere cum muliere qs poſſet non ignarus qua K cum rem habeat: non tñ ex electionis principio,ſed ex affectu id faceret: qui ſanè iniuſte quidem agit,non tñ eſt iniuſtus. ſicut neq; fur,licet furatus ſit: neque adulter, licet adulterũ cõmiſerit. ſimili modo ẽt de aliis. Qũo ſanè retaliatio ad ius ſeſe habeat dictum iã ſuperius eſt. Non eſt autẽ ignorandũ id qđ nunc quęrimus et ſimpliꝛ ius,et ciuile ius eſſe.hoc aũt eſt qđ cõmunionẽ vitæ affert, vt liberis L hominibus & ęqualibus neceſſaria ſufficiant : atq; id vel proportiõe vel numero. quare quibus hoc nõ adeſt, inter eos neq; ius ciuile eſſe exiſtimandũ eſt: ſed ius quoddã, et ꝙ ſimilitudinẽ.Eſt.n.ius inter illos, quibus ẽt lex eſt:lex aũt inter eos eſt,in qbus eſt iniuſtitia: iudicium.n. iuris & iniurię dñudicatio eſt : in qbus vero eſt iniuſtitia,in ꝯs quoq; iniuſte facere eſt. Non in oĩbus tñ, in qbus ẽ iniuſte facere, eſt ẽt iniuſtitia. hoc aũt ẽ cũ M qs plus ex ſimpliꝛ bonis, minus ex ſimpliꝛ malis ſibi attribuit. Propterea nõ ſinimus dominari hoſem,ſed rõnẽ:eõ ꝙ ſibi ipſi id facit,et tyrãnus euadit. ẽ aũt q dominaꝛ, iuris ipſius cuſtos: at ſi iuris,ęqui ẽt. Qm̃ vero eſſe ipſi nihil amplius vꝛ, ſiquidem eſt iuſtus,nõ.n.amplius ex ſimpliꝛ bono ſibi attribuit, niſi id ipſi proportione cõueniat:iccirco alteri laborat.Atq; iõ iuſtitiã alienum eſſe bonum inquiunt,

quem-

A quemadmodum ẽt prius dictũ
est:merces igitur q̃dam danda
est:ea aũt est honor, & donum.
quibus vero hæc ſatis nõ ſunt,
fi tyranni efficiuntur. At vero
Herile ius ac paternum,idẽ cũ
his minime eſt,ſed ſimile. nulli⁹
enim erga ſua ſimpliciter iniu-
ſtitia eſt:poſſeſſio aũt, & liberi
quoad tantuli fuerint & non ſe
parati,quaſi quædam vniuſcu-
iuſq; ſunt:at ſeſe lædere eligit ne
mo:vnde nullius erga ſe iniuſti
B tia eſt.igitur neq; ciuile ius neq;
iniuria erit:quippe quæ & lege
exiſtant,& inter eos, in quibus
eſſe lex poteſt:hi aũt erant iſti,
quibus & dominandi, & obtẽ-
perandi æqualitas ineſt. Iccirco
magis erga vxorẽ,q̃ liberos & ſ
poſſeſſiones ius eſt: id enim eſt
ius familiare:quod tamen à ciui
li etiã ipſum diuerſum eẽ cõſtat.

Dixit. Et oportet ne lateat nos,
q̃ iuſtitia abſoluta, ꝺ qua hęc
eſt perfectiuano,eſt iuſtitia ciuilis.&
illa eſt iuſtitia illa, in qua cõicant
hoĩes vt inueniat eis coæqua diſtri
C buuo.& hæc, vt dictum eſt, iuſtitia
eſt duarum partiũ. aut iuſtitia ex
parte proportionis, & eſt iuſtitia di
uiſionis,& eſt quodammodo æqua
litas:aut iuſtitia ex parte æqualita-
tis,& eſt iuſtitia connegociationi-
bus:& quibus neutra partium hui⁹
iuſtitiæ inuenitur,apud illos eſt iu-
ſtitia per modum ſimilitudinis. Di
xit.& factũ iuſtitiæ eſt principibus,
apud quos eſt lex. & apud quos eſt
lex,apud eos eſt iniuria:& ſunt pri-
cipes.& diſcernunt quidem p hoc,
q̃ dicitur de eis de iniuria & de iuſti
tia ſm iudicia eorum, iuſtus ergo ẽ D
qui iudicat ſm iuſtitiam: & iniuſt⁹
ex principib⁹ eſt ille, qui dat ſibi de
bono plus q̃ alteri, & de malo econ
trario. Et ideo q̃ faciens iuſtitiam
eſt idem,qui facit iniuſtitiam,vides
hoĩes refutantes ne dominet homo
eis vſr,eò q̃ ipſe conuertitur in tyrã
num,& partitur bonũ ſibi ipſi plus,
& princeps abſolute eſt cõſeruator
iuſtitiæ:&,cùm ſit ſeruator iuſtitiç,
eſt ſeruator æqualitatis: &, cùm ſit
ſeruator æqualitatis,non dat ſibi ali
quid plus de bono,quod eſt bonum
p̃ modum ſimplicem: intẽdo parũ
impermixtũ malo, niſi non ſit ali⁹, E
qui laborat niſi ſuo labori. & nõ la-
borat aliquis vt ipſe, nec procurat
vtilitatem ciuium vt ipſe: veruntã
non eſt eius vt det ſibi ipſi ſm ſuum
meritum. Et pp hoc dictũ eſt,q̃ iu-
ſtitia eſt bonum alteri nõ iuſto⁹. ſic
ergo eius præmiũ reuerentia & ho-
nor:intendo iuſtitiam ex altero. Et
ſm iſtud nõ eſt iuſtitia illa,q̃ eſt iu-
ſtitia ſm veritatem, & illa q̃ nomi-
natur iuſtitia: eò q̃ factum eius eſt
factum iuſtitiæ vna eademq; ſm ty
rannos,quanto magis ſm non tyrã
nos.etenim non iniuriat aliquis in
eo q̃ ſuum eſt abſolute: ſed iniuria F
tur quidem in aliquo,ſm q̃ eſt non
ius ſuum quodammodo: quemad-
modum iniuriat pater filio q̃nque.
q̃uis.n. pars ipſius ſit,tñ iam obſiſtit
inſufficientia propria diſparatus ab
eo. D. Et pp hoc non proportionat
aliquis iniuriam ad id quod habet.
& ſiſt iniuſtitia ciuilis non propor-
tionatur ad hoc quod habet: inten
do ad hoc,quod habet iuſtus,ſed ad
quod alterius eſt.nam iuſtitia ciui-
lis eſt in eo,in quo lex.& in rebus, I
quarum natura eſt vt in eis ſit lex.

G & iſtæ ſunt illæ, in quibus iuſti ē vt quidam ſint ꝑfecti & quidam ſubditi. intendo q̄ iuſtitia ſm veritatem inuenitur quidem inter homines: quorum determinatio eſt hæc determinatio, q̄uidam eorum prælati, quidam ſubditi.

De iure naturali & legitimo. Cap. 7.

CIuile aūt ius aliud naturale eſt, aliud legitimū. naturale, quo vbicunq; eandē vim habet, & non quia vel ita videtur, vel minime: legitimū, H q̄ à principio vtrum hoc an illo modo fiat, nihil refert: vbi vero fuerit inſtitutū, refert. vt mina captiuos redimi, vt caprā ſacrificare, non duas oues: ea iten q̄ de ſingulis ſanciunt, vt Braſidæ ſacrificare: nec non ea q̄ ſunt decretalia. Sed nonnullis oſa eſſe hmōi videtur: quia q̄d eſt natura, immobile eſt, & vbiq; eandem vim habet: quemadmodū ignis qui & hic & apud Perſas vrit: iura vero moueri vident. At hoc non ita eſt, ſed quodam I modo. quanq̄ apud Deos fortaſſe nullo modo eſt: apud nos aūt eſt quoddam ēt naturale, quod mobile ſit, licet non oē: ſed eſt tamen aliud natura, aliud non natura. Quidnam aūt ſit quod natura eſt, ex ijs q̄ poſſunt aliter ſe habere: & quid nō natura, ſed lege & inſtitutione, ſiquidē vtraque mobilia ſimili modo ſunt: ꝑſpicuum eſt. & in alijs quoque eadē determinatio accōmodabit, natura. n. dextra manus potior eſt: licet fieri poſſit, vt oēs K ambidextri ſint. Iura vero ex inſtitutiōe & vtilitate ſimilia mē ſuris ſunt: nō. n. vbiq; ſunt æquales vinariæ & frumentariæ mēſuræ, ſed maiores ſūt vbi emūt: vbi vēdunt minores. ſimili mō nō naturalia, ſed humana iura, nō eadem vbiq; ſunt. nā neq; reſpublica apud oēs eſt eadē: ſed vna tm̄ vbiq; ea eſt ſm naturā, q̄ optima eſt. Vnumquodq; autem ius & legitimū, vt vniuerſalia ſeſe habēt ad particularia. nam q̄ aguntur, multa ſunt: illo L rum aūt vnumquodq; eſt vnū: vſte enim eſt. iniuſte aūt factum & iniuria, iuſtificatio itē & ius inter ſe differunt: iniuria. n. cùm natura ſit vel cōſtitutione, cùm fit, iniuſte factum euadit: prius vero q̄; facta fuerit, iniuria tantūmodo eſt. nā vbi eſt facta, iniuſte factum dicīt. ſimili mō ēt iuſtificatio: Sed id tn̄ quod commune eſt, poti⁹ iuſte factum: iuſtificatio vero iniuſte facti correctio vocatur. horum aūt figilatim quales nam & quot ſpēs M ſint, ac circa quæ verſentur, poſtea conſiderandum eſt.

DIxit. Iuris aūt ciuilis, quiddam eſt naturale legale, & quiddā legale tantum, id eſt poſitiuum. ius autem naturale eſt, cuius menſura eſt in omni loco & in omni tempore, & non cadit in ipſum commenſuratio. lex autem non naturalis, genere quidem quaſi naturalis eſt, & non eſt in ea diuerſitas. commenſuratione autem diuerſifica-

tur

A tur ſecun dū diuerſas gentes, vt iuſtitia poſita cōmenſuratiue in de collocatiōnibus,& oblationibus,&orationibus poſitis in legib⁹ & foris. D. Et quidam horum videnᵗ q̄ oēs iuſtitiæ legales poſitiuæ ſunt, in quibus incidit commēſuratio,& variatio ſm q̄ videᵗ vnicuiq; ex legiſlatoribus,qđ ſit conuenientius variare ſm locum & tēpus. q̄ vero ſunt p naturā nō diuerſanᵗ:cùm ſit vis eiᵈ vna i oī loco : ſicut ignis vis vna eſt in oī loco:intendo q̄ ipſe moueᵗur ſurſum, vbicunq; ponaᵗ in mundo, & quacunq; hora ponaᵗ. Ex rebus B igitur iuſtis ſm hæc quædam erunt effectiuæ iuſti,& ex parte naturæ,& q̄dam effectiuæ ex parte conſuetudinis,non ex parte naturę ſuæ p ſuā qualitatem , ſed ex parte poſitionis & vſus earum. & queadmodū dextra manus eſt dextra naturaliter, & ſiniſtra interdum ſit dextra vſualiter: ſic eſt diſpoſitio in iuſtitijs naturalibus & conſuetudinibus. & commenſuratio diuerſificata ſm magis & minus ſm quālibet legem in iſtis iuſtitijs diuerſis plegē, intendo media q̄ ſunt in ipſis,& ſi ſint multæ & diuerſæ ſm diuerſas gentes, ſunt tñ C oēs conuenientes in hoc, ꝙ faciunt factum iuſtitiæ. Et quaſi in hoc ſimilaᵗ menſuris diuerſis,quibus vtūtur in qualibet ciuitate.ipſæ etenim etſi ſint diuerſæ oēs, tñ faciūt factū iuſtitiæ:intendo meſuras tritici , & olei,& conſimilium: q̄ menſuranᵗ. nam,non ſunt iſtæ menſuræ quantatis vnius apud oēs gentes. ſic igiᵗ eſt diſpoſitio rerum iuſtarū quodā modo.& iſtud eſt vt commenſuratio orationū,& ſeruitorū in qualibet lege.& hoc, q̄m quemadmodū leges,& modi viuendi non ſunt vni in oī loco,ſic ſe hēt in reb⁹ iuſtis. & D eſt quidā modus viuendi naturalis vnus in oī loco: poſitiuus aūt nō eſt vnus in oī loco. D . Proportio autē iſtarum rerū iuſtarū q̄ docenᵗ, vel notificanᵗ in hoc libro ad res, ad q̄s ponit dñs legū , eſt ꝓportio rerum vſium ad res particulares, q̄ agunᵗ. & particularia multa ſunt,vſia vero cōprehenſa ſunt: & vnumquodque ex ipſis vnum eſt non multū. Et illud, de quo hoc dictum ex iuſto,eſt in generibus ſuis primis. dicta autē in ſpecieb⁹ oīs generis ex iſtis duobus generibus : intendo diuiſiuum & directiuum.& quid ſint, & quot E ſint,& in quo ſint,eſt de quo dixit, q̄ perſcrutaretur poſtremo in alio libro ab iſto.

De triplici mouimento, quòd dīs irrogatur. Cap. 8.

CVm iura vero & iniuriæ ſint ea, q̄ diximus & iniuſte agit,& iuſte quiſpiā , cùm ſponte agit. nam cùm inuitus facit, neq; iniuſte neque iuſte agere cēſendus eſt, niſi ex accidenti:accidit.n.vt ea q̄ agunᵗ, vel iuſta ſint, vł iniuſta.At iuſte F vel iniuſte factū ſpōtaneo & inuito definiē.Cùm.n.ſpōtaneum fuerit, vt uperaſ:tunctꝫ ēt eſt in iuſte factum. Quare fit vt iniuſtum quidē eſſe quippiā poſſit, quod tñ nondum iniuſte factū ſit, niſi id etiam affuerit, vt ſpōte factum ſit. Appello autē ſpontaneum , quemadmodum etiā prius dictum eſt , illud quod in ſua quiſque poteſtate ſitum cognoſcens, neque ignorans agit,

G aut quem,aut quo,aut cui⁹: id est aut quẽ verberet,aut qua re, aut cui⁹ causa· & vnumquodq; illorum,non p accidens, neq; p vim.vt si quis apprehẽsa manu ipsius alium verberet:non sponte aũt ipse id faciat,non est.n. in ipso.fieri ẽt põt,vt qui verbera tur,sit pater: ipse aũt hostem eũ quidem esse,aut ex præsentib⁹ aliquem sciat,patrẽ tñ esse ignoret.simili mõ quoq; de illis quorum causa quippiam fit,definiẽdum est,ñsiq; q̃ ad actionem to-
H tam spectant. Quod aũt ignoratur,aut non ignoratur, non est tñ in ipso:vel per vim fit:inuitũ est.multa.n.ex ñs,q̃ sũt natura, scientes ẽt agimus & patimur: quorum nihil neq; spõtaneum est,neq; inuitũ:vt senescere, vel mori.Sed id quod p accidẽs fit, tam in iustis q̃m in iniustis simili modo contingit. nã sicut si quis inuitus & timore inductus reddiderit depositum, is neq; iusta agere neq; iuste facere dicendus est,nisi per accidens:sic pari mo
I do,qui coactus & inuit⁹ nõ reddiderit,p accidens iniuria affice re,& iniusta agere est dicendus. Ex spontaneis aũt alia cum electione agimus,alia sine electione.cum electione ea agimus, q̃ præconsultauimus:sine electione, q̃ nulla præconsultatione adhibita facim⁹. Verùm,cùm tres sint læsiones,q̃ſ societatib⁹ eueniunt:q̃ cum ignoratione fiunt, sunt peccata,cum neq; quẽ, neque quod,neq; quo, neq; cuius causa existimauerat quispiam, K ea egerit:vel.n.non esse percussurum,vel non hoc,vel nõ hũc, vel non huius causa putauit:sed accidit id, cuius causa minime putarat:verbi grã,nõ vt vulneraret,sed vt stimularet: aut non quẽ,aut non sicut volebat. Q̃n igit præter rõnem euenerit læsio,infortuniũ est: q̃n vero non p̃ter rationem,sed sine tñ vitio, peccatum.peccat.n. quisq; cùm in se principiũ causæ habuerit: infortunate egit, cùm extrinsecus. At cùm cognoscẽs quidem, L sed sine tñ præcõsultatione agit quispiam,iniuste factum est: vt sunt,q̃ ex ira fiunt,alĩsq; affectibus, qui necessarñ, naturalesq; hoibus accidunt.qui in his.n.lẽdunt,& peccant, iniuste quidẽ agunt,suntq; hæc iniuste facta, nondum tñ iniusti ob hæc,neq; praui ipsi hoes habentur:quip
pe cùm læsio ipsa ex prauitate M minime euenerit. Nam cùm ex electione læserit quispiam, tũc demum iniustus ac prauus est. Quocirca, recte ea q̃ ex ira fiũt, non esse ex prouidentia iudicãtur:nõ.n.principium affert,qui iratus facit,sed qui ad iram prouocauit.Præterea,neq; hic factũ sit necne, sed iure ne an iniuria factum sit controuersia est:ira ſ quidẽ apparẽs iniustitia est. nõ enim sicut in commerciis factũ ne sit,contendũt,vbi necesse est alterum prauum oĩno esse, nisi ex obliuione id faciant:sed de facto consentientes,iure ne an in-

iuria

A iuria id factum ſit, altercanſ: qđ qui inſidioſe fecit, minime ignorat. quare alter iniuria ſe eſſe affectum putat, alter minime. Si aũt ex electione læſerit, iniuſte agit: & ex his iam iniuſte factis iniuſtus eſt, qui iniuriam facit: cùm vel p̃ter ꝓportionẽ fuerit, aut æquum. ſimili modo ẽt iuſtus eſt vnuſquiſq; cùm ex electione iuſte egerit. iuſte agit autẽ, ſi tm̃modo ſpõte agat. At ex his, q̃ inuiti agimus, alia ignoſcẽ
B da ſunt, alia minime. nam q̃ nõ modo ignorantes, ſed ex ignoratione committimus, ſunt ignoſcenda: q̃ vero non ex ignoratione, ſed ignorantes facimus, ex affectu tñ neque naturali neq; humano venia digna minime ſũt.

ET cum iuſtitia, & nõ iuſtitia ſit, q̃ definita é ante: & eſt ea, á qua agitur iuſtũ & non iuſtũ: tunc quidem agens ꝑ iuſtitiam nõ latur iuſtus: & agens ꝑ non iuſtitiam nõ iuſtus, qñ fecerit factũ voluntarie. qñ vero fecerit iuſtus non voluntarie,
C aut iniuſtus, tunc nõ latur quidẽ iuſtus aut iniuſtus ꝑ accidens, i. accidit ei vt agant actiones iuſtitię, aut non iuſtitię: deinde, qñ iſtud ſic fuerit dictum iuſtum cõiter & ꝓprie. Cõiter ergo dicit̃ de oĩ facto iuſto, ſiue contingat ꝑ voluntatem, ſiue ꝑ naturam, ſiue abſq; voluntate: proprie vero dicitur de facto iuſto, q̃d fit á volũtate. & ſimiliter iniuſtum dicitur cõmuniter de omni facto, quod fuerit iniuſtum qualitercunque contingat: & dicitur proprie de eo quod contingit per volũtatem. Quod autem de iuſto contingit á voluntate, notatur æquitas: & quod D
contingit ex ipſo, ab ambabus reb⁹ iuſtitia. & ſimiliter notatur iniquitas iniuſtitia, q̃ fit á voluntate: & nominatur iniuſtitia illa, q̃ fit ab illis duab⁹ rebus. Cumq; hoc ſic fuerit, tunc oĩs æquitas iuſtitia eſt, & non omnis iuſtitia æquitas. & ſimiliter oĩs iniquitas iniuſtitia eſt, & nõ omnis iniuſtitia iniquitas. Et factum voluntarium, quemadmodum dictũ eſt in eo quod præterijt, eſt q̃d facit quis, & videt ꝙ facere illud in ipſo eſt, & in hora faciendi nõ latet eum, quod facit ipſum, & cui facit
ipſum, & cum quo facit ipſum, & ꝓ E
pter quod facit ipſum. vt quod percutiat, videns ꝙ percuſſio in eo eſt, non in alio: & non facit cùm alĩ⁹ faceret hoc inuite, aut de neceſſitate: vt ꝙ quis percutiat q̃ manu alterius. etenim ille, cuius manu percutit alius percuſſor, eſt inſpontanee vel inuite. & ſimiliter fit in eo, qui percutit ſcitum ſibi non ignotũ: vt ꝙ percutiat hominem, de quo ſcit ꝙ eſt vnus ex hominibus, ſed non ſcit ꝙ eſt præter eius. etenim de iſto dicitur ꝙ percuſſit patrem ſuũ inuoluntarie. & ſimiliter accidit in eo,
quo percutitur, & gratia cuius per- F
cutitur. Quod aũt fit ſcienter, attamen principiũ faciendi ipſum non eſt in nobis, ſed ſimilat' inſpõtaneo, tunc ipſum neq; notatur voluntarium, neq; inuoluntarium. Et oĩs modi eius, q̃d ꝑ accidens, æquales ſunt in oĩbus ſpeciebus actionũ iuſtitiæ. etenim ſi quis reddit apud ſe depoſitum inſpõtanee pp metum, non dĩ de eo factor iuſtitiæ niſi per modum accidentis. & ſiſt in cæteris actionibus iuſtitiæ, qñ agunt inuoluntarie, dĩ ꝙ factor earũ eſt iuſtus

G p modum accidentis. Et de reb⁹ vo
luntarijs,eſt quod agitur p electio-
nem ꝓcedentem: vt de eis eſt ꝙ nō
agit᷑ per electionem præcedentem.
quod autem agitur per electionem
præcedentem eſt illud, quod agi-
tur,poſtquam operat᷑ in eo cōſiliū,
vel meditatio : ſed quod agit᷑ abſq;
electione præcedente, eſt quod ope
ratur abſq; ꝓcogitatiōe. D. Et cùm
quidem hoc ſic eſt,tunc damnū ac-
cidens in connegociationibus triū
ſpecierum eſt. vnum , quod accidit
pp priuationem ſcięt̄iæ & hoc, qm̄
qn quis fecerit factum nō ſciens cui
H fecit,neq; cum quo fecit , neq; pro-
pter quam rem fecit , vt ꝙ putet fa-
ctor non ſe vulnerare & idem p fa-
ctum ſuſi,& tm̄ vulnerat ipſum, aut
ꝙ putet non percutere cum gladio,
& tm̄ percutit ipſo. Hęc etenim dam
na ſunt abſq; voluntate : & damnū
abſq; voluntate infortunium. dam
num aūt , quod fit cum voluntate ,
ſed abſq; malitia,immo pp ignorā-
tiam,eſt ex peccato facilitatis,quan
do fuerit hæc ignorantia ex eo,quę
in eo eſt nō ignorare vel ſcire.ſi ve-
ro cauſa ignorantiæ fuerit ab extra,
tunc eſt infortunium purū.hęc igit᷑
I ſunt dāna,q̄ fiunt ex priuatione ſcię
tiæ Sed damna,q̄ fiunt a ſcientia,ve
runtm̄ non à præcogitatione vel cō
ſilio:vt quod fit à multis ex acciden
tibus neceſſarijs vel naturalib⁹,ſunt
iniuſta.hi.n. iſto modo inferentes
damnum,iniuſtitiam faciunt: non
tm̄ p hoc iniuſti ſunt ſm veritatem,
eō ꝙ neceſſarium, quod eſt cā hic,
eſt abſq; malitia illa: pp quam dicit᷑
de faciente iniuſtitiā ꝙ eſt iniuſtus
ſm veritatem. Et pp iſtud quidam
Antiquorū non iudicabat eū , q̄ p
irā faciebat factū dāniferū & igno-
ſcebat irascenti : ideo ꝙ videbat ꝙ K
principiū quidē actionis erat ex ꝓ-
uocatore irę,non ex irascente: cum
p factū turpe iniuriose ꝓuocaret eū
ad irā. Et pp hoc,non contendunt
corrizantes in iudicio de facto : qñ
fuerit damniferum ex parte irę,ſit
damniferum vel non:animo confi-
tet᷑ hic factor ipſe:ſed cōtendunt ſit
iuſtitia,aut non Conaſitaq; factor
probare ꝙ ſit iuſtitia: ſed inficiatur
paſſus ꝙ ſit iuſtitia.& hoc,qñ hoſtes
concedunt ꝙ ille,qui cogit in cōne
gociationibus ſociū ſuum ad irascē
dum,eſt malinoſus,& ꝙ irascēs non
facit damnū ex parte malitiæ: & pp L
hoc confitetur damnū inferens fa-
ctum,quemadmodū diximus,&di
cit ꝙ ſit iuſtitia:ſed aduerſarius im-
probat eſſe iuſtitiā, immo eſſe iniu
riam. Et tertia ſpēs eſt dānū, quod
fit ex ꝓcedenti conſiliatione.& iniu
ſtus ſm hūc modum eſt iniuriatur
in veritate , cū ex propoſito venerit
abſq; ꝓportione in rebus, in quib⁹
eſt iuſtitia p proportionē,aut abſq;
æqualitate in rebus, in quibus eſt iu
ſtitia p æqualitatem.& pp hoc iuſt⁹
in his in veritate eſt ille,actionē cu-
ius ꝓcedit electio.iuſtus aūt, qui op
ponit᷑ prædictis duabus ſpecieb⁹ in M
iuſtitia:intendo eum,qui facit iuſti
tiā inſcienter,aut pp paſſionē vincē
tem ipſum:non eſt iuſtus ſm verita
tem. D. Et ſm quaſdam ignorantia
rum ignoſcit᷑ ex ignorantia dānū i-
ferenti,ſm quaſdā vero nō.& ſm q̄s
nō ignoſcit᷑,ſunt illæ q̄ fiūt ex parte
omiſſiōis vel diſciplinæ , aut quarū
ipſemet cā exiſtit, vt i diſpōne ebne
tatis:ſm quas vero ignoſcit᷑,ſunt fię
tes p occaſionē naturalē, aut pp oc-
caſionem accidentalem.

De

A De eo, quod est pati iniuriam. Cap. 9.

DVbitare autē quispiam posset, an satis ꝺ faciēda patiendaq; iniuria definitū sit. Ac primum an sit id qꝺ Euripides dixit: absurde sꝙens,

» Quo modo parentem occiderim exponam breui:

» Volens volentem, vel nolentem non volens.

vtrū re vera fieri possit, vt spōte quispiam iniuria afficiat, nec ne, an oē id inuitum sit. quēadB modum iniuria afficere quoq; spontaneum totum est: an spontaneū aliud, aliud sit inuitū. Et simili modo de iustificando: iuste agere. n. spōtaneū totum est: vt merito vtroq; modo opponi debeat, & iniuria affici & iustificari: vt vel spontaneum vel inuitum vtrunq; esse affirmem⁹. Absurdum aūt videret, si iustificari spontaneum esse totū dicerem⁹: quippe cùm nōnulli sint, qui non spōte iustificent. Nam etiam de eo dubitaret quispiā,

C vtrum vnusquisq; qui iniustū aliquid passus est, iniuria quoq; afficiat: an sicut in agendo, ita in patiendo quoq; res sese habeat. fieri. n. pōt, vt in vtrisq; ex accidentī iusta consequamur. idem aūt ī iniustis quoq; euenire manifestum est: quippe cùm non idem sit iniusta agere & iniuste agere, i. iniuria afficere: neq; iniusta pati, & iniuria affici. similiter quoq; iuste agere quempiā & iustificari dicendū est. non. n. potest quisquam iniuria affici, nisi aliquis sit, q̄ iniuria afficiat: D neq; iustificari, nisi iuste qspiā agat, iuretq; afficiat. Verum si absolute iniuria afficere est sponte lædere, spōte aūt lædere, est sciē tem quem, & †quod, & quo modo intemperans vero sponte se ipsum lædit: sponte is iniuria afficeret: posset⁹q; fieri, vt ipse seipsum quispiam iniuria afficeret. at hoc vnū ex ijs est, q̄ in dubiū veniunt, vtrum iniuria afficere se ipsum quispiam possit. Adde q̄ sponte ēt ob intemperātiam aliquis ab alio volēte iniuria afE ficeret: vt hoc mō quispiā sponte affici iniuria queat. An fortasse nō recta definitio est: sed, cùm dicimus lædere esse scientem & quem, & † quod, & quo modo, addendum est, p̄ter illius voluntatem qui lædit. læditur igitur sponte aliquis, atq; iniusta patitur: nullus tñ est qui iniuria spōte afficiat, quippe cū id velit nemo: ne incontinens quidem: sed præter voluntatem agat. nemo enim vult id, quod non esse bonum existimat. at incōtinēs qꝺ F non esse agendū putat, id agit. qui. n. sua ipsius dat, sicut Homerus inquit Glaucum dedisse Diomedi,

Aurea, p ferreis, ac, p centena » nouennis, nulla afficit iniuria: quippe cū sit ipsi⁹ pēate sit dare. iniuria vero affici, minime sit ipso est: sed eē aliquē oportet, qui iniuria afficiat. Atq; iniuria affici quidē non esse spōtaneū manifestū est. Duo præterea ex ijs

† a. l. quo.

† a. l. quo.

G quæ propoſuimus, ſuperſunt di-
cēda. vtrum is, qui plus ꝑter di-
gnitatem diſtribuit, iniuriā affe-
rat, an is qui id habet, fieri ne ītē
poſſit, vt ſe ipſum quiſpiā iniu-
ria afficiat. Nā ſi fieri poteſt id,
quod prius dictum eſt: & qui di-
ſtribuit, iniuria afficit, non qui
hēt plus: ſiquis alteri q̄ ſibi plus
diſtribuit ſponte & ſciens, is ſe
ip ſe iniuria afficit: id quod face
re modeſti hoſtes conſueuerunt.
modeſtus. n. eiuſmodi eſt, vt im
minui ſua non difficulter patia-
H tur. An neq; hoc ſimplex eſt: ex
alio. n. bono, ſi ita ſcidit, pl⁹ uſur
pauit: vt ex gloria, aut eo quod
abſolute honeſtum eſt: Sed ſolui
tur ēt ex iniuria afficiendi defi-
nitione. nihil. n. præter ſuam pa
titur voluntatem, vt propterea
affici iniuria minime poſſit, ſed
lædať tm̄: ſi mō pati iꝑm quip-
piam dicendum eſt. Perſpicuū
quoq; eſt, eum qui diſtribuit, in
iuria afficere, non eum ſemper
qui plus habet. non. n. cui iniu-
ſtum ineſt, is iniuriam facit, ſed
I cui ineſt id vt ſponte hoc faciat:
id aūt eſt, vnde principiū actio-
nis proficiſcit: qđ ſanē in diſtri-
buente, non in accipiente conſi
ſtit. Adde ꝙ, cùm facere multis
modis dicatur: & quodam mo-
do inanimata interficiāt, & ma
nus, & ſeruus, cùm mandauerit
aliquis: hæc ſanē non iniuſte fa-
ciunt, ſed iniuſta tm̄ committūt.
Accedit ꝙ, ſi ignorās iudicauit
quiſpiam, non iniuria afficit,
quantum ad legitimum ius at-
tinet, neq; iniuſtū iudicium eſt: k
ſed quodā mō tm̄ iniuſtū. aliud
enim legitimū, aliud primū ius
eſt. At ſi ſciēs iudicauit iniuſte,
plus ſibi vſurpat & ipſe vel gra
tiæ vel vindictæ: perinde quidē
ac ſiquis iniuſte facti quoq; ip-
ſe partem acceperit: & ille etiā,
q̄ ob hæc iniuſte iudicauit, plus
hēt. Etenim in illis qui agrū ad-
iudicauit, is non agrū, ſed argen
tum accepit. Hoſtes aūt ſua po-
teſtate ſitum exiſtimant, vt in-
iuria afficiant, ꝓpterea ēt ius ip
ſum putant facile eſſe: quod tm̄ L
non eſt. rem habere. n. cum vxo
re vicini, & percutere proximū
& manu porrigere pecuniā &
facile eſt, & in ipſis: ſed ita tm̄ ſe
habentes hæc facere, neq; facile,
neq; in ipſis eſt. Simili mō quo-
que cognóſcere iuſta & iniuſta,
nullam ſapientiā eſſe exiſtimāt:
ꝓpterea ꝙ difficile minime eſt
ea intelligere, de quib⁹ leges ꝓ-
ſcribunt. Verum iuſta non hæc
ſūt niſi ꝑ accēſſ: ſed ea ſunt iuſta,
q̄ quodā modo aguntur, & quo M
dam modo diſtribuunť. Id autē
difficilius eſt q̄ ſalubria cogno-
ſcere: nā illic mel, vinū, veratrū,
aduſtionē ītē & inciſionē noſce
re facilius eſt: quo mō aūt ad ſa-
nitatē afferendā, cui, & qm̄ adhi
benda hæc ſint, tā eſt ſanē diffici
le cognoſcere, q̄ medicū eē. Ob
id aūt ipſum ēt iuſti hoſs eē exi
ſtimāt nihilo minus iniuſte age
re: qm̄ nihilo minus iuſtus. Imo
ēt magis facere vnumquodq;
ex his poteſt. nam & rē habere

cum

A cum muliere,& pcutere: & vir fortis scutum abiicere, & in fugam versus in vtrã partem velit,currere põt.Sed ignaue agere,& iniuste non est hæc facere, nisi p accidens. nam hæc facere ẽ,cũ aliquis ita se habẽs agit. Quemadmodum ẽt mederi & sanare non est incidere, aut non incidere, vel medicamẽta adhibere,aut non adhibere:sed quodam mõ vtraq; hęc facere. Iura aũt inter eos sunt,qui bonorum simpliciter sũt participes:t quibus & excessum habent & defectum.quibusdam.n. horum nõ est excessus,vt fortasse Dijs:quibusdam nulla pars vtilis est, vt incurabilib⁹ & malis, sed nocẽt omnia: at quibusdam quadantenus:atque hoc propterea humanum est.

B

ET fortassis q̃ret quis qõnes difficiles in definitione cõditionũ iniuriantis,& cui iniuriat. Primo quidẽ ac si dicat,qñ iniuriat quis alicui volens,& ille cui fit iniuria,vult vt iniuriet ei,an nominatur iste iniuriator,an non?& similiter, si fecerit quis iniuriam alteri non volens, sed volente eo, cui fit iniuria, nosabitur ne receptor iniuriator? At primum de hoc pscrutãdũ est in istis, an actio iniurioſa rei, quæ fit ab altero alteri, sit tota voluntaria, an quiddam eius voluntarium,& qddam eius inuoluntarium. Et similiter locum habet hæc perſcrutatio circa actionem iustam. omni enim speciei ex speciebus iniuriæ, est species opposita ex specieb⁹ iniustitiæ. Et forsan inconueniens est opinari

C

p ois passio iustitiæ,q̃ accidit homini totaliter, sit voluntaria.nã multi hominum agunt actiones iustitiæ absq; voluntate. & similiter est in iniustitia. Et pp hoc inquisitio est, an omni cui obuiat iniuria, sit iniuriatum,siue fit hoc voluntarie, aut inuoluntarie: aut quod fit ex hoc voluntarie nõ. similiter et quod fit ex hoc præter voluntatem,nisi formatim:intendo in actionibus & passionibus.& manifestum est p possibile est in vtrisq;,s.actionibus & passionibus,vt dicatur de eis p sunt iusta per modum accidentis. Cumq; sic sit,tunc res in iniuria in hæc simili erit rei in iustitia: intendo p possibile est in vtrisq; vt dicat de eis iniuria per accidens. etenim non est vt agat homo actiones iniurioſas, & vt iniuriet alteri res vna. Manifestum ẽ ergo, p id,quod nõ fit p voluntatem,non est iniurioſum:illud aũt,quod fit per voluntatem vtrisque,intendo iniuriantis & cui fit iniuria:si dixerimus p terminus iniuriæ absolute est, vt alter alteri damnum inferat p volũtatem suã: & dixerimus p terminus voluntatis est, vt factor faciat cui facit hoc actum, & pp quid facit,& quo, & fuerit qui non cohibet seipsum voluntate sua à malitia infereus sibi damnum sua voluntate, tunc putabit p certe dicitur de ipso p iniuriat sibiipsi volũtate sua. cumq; certum fuerit hoc, tunc poſt est vt dicat p interdum iniuriatur ei alter sua voluntate: intendo volũtate eius cui fit iniuria. Attamen ista est altera quæstio,ex quæstionibus grauibus,quæ sunt in isto capitulo,s.an possibile sit, vt iniuriet quis sibiipsi. An ergo nostrũ est dicere,p si fuerit pole vt damnũ

D

E

F

inferat

G Iferat alter alteri volũtate vtriusq; : intẽdo eius quẽ tangit damnum & inferentis damnũ, tũc posse est vt dicamus esse posse vt alter alteri damnum inferat cum voluntate vtriusque. Aut nõ est hæc dictio sana: immo possibile quidẽ est, vt damnum inferat alter alteri volenti, qñ fuerit is, cui damnum inferẽ, ignarꝰ iuris. etenim non est posse vt inferat hoĩ volenti damnum cognoscenti ius. nullꝰ.n. vult vt fiat sibi iniuria, sciẽs ꝙ est iniuria absolute: & nullus vellit illud quod scit, ꝙ nõ vult, aut ꝙ damnificatum. Illi autem, qui dat pe-
H cuniã suam absq; reditu, aut absque reditu æquali, nõ fit quidẽ iniuria: intendo non iniuriatꝰ ei alter, eò ꝙ data ab eo fuit p suã electionẽ: sed vt fiet iniuria homini nõ est ab eo, sed ab altero pp hoc, qñ quidẽ iniuria ab altero non est voluntaria ei, cui fit iniuria, manifestum est: eò ꝙ nullus iniuriam vult, sciẽs ꝙ est iniuria. ei autem qui tribuit absq; reditu nullus iniuriatꝰ. vt.n. iniurietur homini non est absq; ipso, sed ab iuriante. veruntñ ꝙ nõ est volitum ab eo, cui fit iniuria, vt ei iniurietꝰ, manifestũ est. Res aũt quarum pri-
I mo proposuimus pscrutationẽ duę sunt. Vna earũ est quis iniuriatꝰ: an ille, qui diuidit inæqualiter: an ille, cui contingit plus: intendo an iniuriet ei, cui contingit minus: an ambo. Secunda aũt est, si porrexerit alteri plus q̃ sibiipsi, tunc iniuriatꝰ per hoc sibiipsi. diminuit etenim sibiipsi scienter & voluntarie, qnẽadmodum faciunt humiles & inferiores: intendo ꝙ ipsi diminuunt sibiipsis voluntarie & scienter ex honore. Aut neq; hoc ẽt veritatẽ hẽt absolute, sed est in ipso distinctio q̃dã: & ẽ vt sit porrigere eiꝰ alteri plꝰ fm modũ, q̃ fit in bono puro. Aut oportet vt dicamꝰ ꝙ nõ cõuenit ei termin' iniustitiæ fm veritatẽ: intẽdo iniuriæ absolute. etenim ille, cui fit iniuria, est ille q̃ obuiat dãno sine spõte sua p se: iste aũt non obuiat dãno sine sponte sua: non ergo facit ei iniuriã ille, q̃ accipit ab eo q̃d dat ei, nisi ꝙ est inferẽs ei dãnũ solũmõ. Et est pariens, qñ iniuriator est ille, q̃ diuidit iniuste, non ille, cui contingit plus. nõ.n. oportet vt deneseꝰ ab iniuria ille, apud quẽ est res, fm quam fit iniuria: sed ille, q̃ facit hoc volũtarie. & qñ fuerit diuisor accipiens L
ab alio, & dans illi, tunc principium actionis iniuriæ est ex illo qui diuidit, non ex illo qui accipit. Amplꝰ, cum factũ dãniferum dicatꝰ multis modis: ꝓportionatꝰ n. ei q̃ caret eligentia vt bestiæ, aut mancipio: tunc fortior qui facit iniuriã isto mõ nõ dꝫ iniurians, q̃uis fecerit facta iniuriæ. Et pp hoc, qñ iudicauerit diuisor iudiciũ iniuriæ non sciens, non notatꝰ q̃ dẽ iniuriator fm iꝰ legale, neq; notatꝰ iudiciũ iniustũ: & est q̃si iustum, eò ꝙ ius legale hoc est ꝓter illud, qđ est ius in seipso, verũm lex ignorãti. Si aũt iudicat iniurię sciẽs, M
tunc denotandus ẽ à specie iniuriæ. qui.n. scienter iudicat, iniuste nõ facit hoc, nisi pp benuolentiã, quã habet erga illũ, cui adiudicat plus: aut pp vindictam, quã q̃rit in illum, cui fit iniuria: aut vt accipiat partẽ ex illo, in quo iudicauit, & pp hoc adiudicauit. D. Et hoĩes vident ꝙ potentes sunt ad iniuriã. & pp hoc vident ꝙ actio iuris facilis: & ꝙ nõ latet aliquem, quemadmodum nõ latet eũ iniuria. & est manifestum, ꝙ non latet aliquem, ꝙ non oportet eum iacere

Humiles diminuũt sibi ipsis sponte & scienter.

C eſt à vinci. & propter hoc cōtinentia dignior eſt q̄ tolerātia, intendo nobilior. D. Qui autem debilis eſt ad implendum ea, ad quorum repulſionem potentes ſunt plures hominum, eſt diſſolutus & lubricus. eteuim lubricus eſt diſſolutus quis, vt illi qui requirūt aliquem, qui reſtat eius geſta omnibus horis ſuis: quatenus non cadant in triſtitiam neq; laborē penitus. & vt illi, qui ſe aſſimilant egris in exigendo ſuſtentationes & conſolationes. hi enim ægri ſunt, non confitentes ſe ſanos in aliqua horarū cum in oīb⁹ diſpōnibus ſuis diſſimulent ſe illis, qui requirunt media. D. Et incontinētia & non continentia diuerſitas in receptione ignoſcentiæ, & receptione. non. n. mirū eſt, neq; à quo ſit diſſentiendū vt indulgeatur ei qui ſuperatus eſt à concupiſcentijs fortibus & triſtitijs ſuperfluis, vt qđ indultum fuit tali, qñ nō continuit ſe tunc, eū morſus fuit à vipera. & in hoc genus intrant illi, qui vincunt à riſu. Non indulgetur aūt ei, qui vincitur à rebus, ſuper quorū repul
D ſionē potentes ſunt plures hoſum, cūm non vicerit eum per naturam
E propriā ſibi: vt in diſſolutione, quę inuenitur in quadam gente & non in alia: vt in diſſolutione, q̄ appropriatur fœminis & non maſculis. D. Et videtur de iocoſo q̄ ſit nō caſtus & lubricus. & iocus dignior eſt vt ſignificet ſup hoc, q̄ dñs eius requirit qđē per ipſum recreationē, q̄ ſit per iocū, qua ſignificet q̄ dominus eius ſuperfluus ſit in requiſitione recreationis. D. Et quędā incontinentia cū ſuidentia eſt: quædam autē abſq; ea, prudentes quidē
F ſunt illi, qui verſāt conſiliū, & percipiunt rectum, poſtq̄ dimittūt ipſum, & ſequuntur paſſiones. debiles aūt ad prēuiſionem ſunt illi, qui ſequunt paſſiones abſq; eo q̄ vtātur conſiliatione. & continentiū quidā ſunt qui cōtinēt ſe pp opinionē rectā, vt illi q nō gargarizant in principijs paſſionū ſuę, eò q̄ iā reperti ſunt q̄ gargariſmus non proficit in illa hora: & quidā ipſorū ſunt, q̄ continent ſe pp quancunq; leuem eſtimationē ſuperuenientē eis. D. & illi qui ſunt nō continētes cū prēquiſione, ſunt q̄bus dominat̄ cholera

nigra

¶ nigra. etenim quidā istorum pp ve
locitatē quę est in eis: & quidā eorū
pp voluptatem nō sequitur rōnē:
intendo non auscultare ad hoc qđ
mandatis, & sequuntur phantasiā.

*Quę incontinentie & intemperantie
differentia sit. Cap. 8.*

AT intemperans sicut dic
tū est, nō ē ciusmodi, vt
eū pœniteat, perstat. n. in
proposito: sed incōtinentē quo
dā modo pœnitet. quo circa nō
sicut dubitauim⁹, ita sese res ha
M bet, sed hic facile pōt sanari, ille
incurabilis est: quippe cū pra
uitas ex morbis aquę inter cutē
et tabi: incōtinētia comitabꝫ
pergū similis sit. illa. n. continua,
hęc nō cōtinua ꝓbitas ē. atq;
olno diuersū ē incōtinētię et vi
tū genus: vitiū. n. latere, incōtinē
tia nō latet. Ex hs autē ipsis illi
qui exturbant, meliores sunt, q̄
qui rōnē habēt, atq; in eis nō ꝓ
sistunt. à minori. n. affectu super
ant: & nō ſcōsulti vt alteri sūt.
nā similis incōtinens est hi, qui
I & cito, et pauco vino, et paucio
re ēt q̄ plerīq; inebriant. incō
tinentiā igitur nō ē vitiū ma
nifestū est: sed quadā ex parte
fortasse. hęc. n. pręter electionē,
id ex electione est. sed in actioni
bus tū habet similitudinē. quē
admodū Demodocus in Mile
sijs dicebat: Milesij sanē nō sunt
quidem imprudentes: sed ex tū
agunt, q̄ imprudētes solent: sic
incōtinētes licet iniusti nō sint,
iniuste tū agunt. Qm̄ vero alter
talis est vt non ex eo ꝙ persua K
sus sit, voluptates corporis su
pra modū, & pręter rectā rōnē
sequatur: alter aūt persuasus ē,
quia est talis vt eas sequatur: illi
dissuaderi facile potest: huic nō
pōt. Virtus. n. & prauitas prin
cipiū alterā corrūpit, altera cō
seruat. in actionibus aūt princi
piū illud ē cuius cā res fit, sicut
in mathematicis suppositiōes.
nā neq; illic ratio est quę docēri
nā tradat principiorū, neq; hic.
sed virtus vel naturalis, vel aſ
suetudine cōparata recte opinā L
di circa principiū ꝓcepterix est.
Ac tēperās quidē hmōi ē: huic
vero cōtrarius intēperās. est ēt
quidā qui ex affectu ē recta ra
tiōe exturbat: quē sanē superat
affectus, vt ex recta rōne minu
me agat. nō tū ita superat, vt ta
lis euadat, qui ciusmodi volu
ptates effuse sibi eē sectādas per
suasum habeat: atq; hic est incō
tinens, qui intēperāte melior ē:
nec est absolute prauus: quippe
cum in eo id qđ optimum est, i. M
principiū ipsum conseruetur.
contrarius huic alius est qui pſi
stit, neq; ex affectu exturbatur.
Hinc igit alterū ꝓbum, alterū
prauum esse habitum patet.

DIxit. Incastus ergo, quemad
modū dictū est, nō pœnite
at. & pp hoc nō est incontinens inca
stus sed ꝙ incōtinēs pœnitēs est. vni
ergo nō est curatio, & est ille cui nō
est pœnitentia: alius aūt sanabilis
est. Dixit. incastitas itaque simila
tur ægritudinibus incurabilibus,

vt

A vt tympaniti & phthisi: incontinen
tia vero curabilibus, vt causis dolo-
ris capitis. & vſr quidem gen⁹ incō-
tinentis aliud est à genere incasti.
incastus enim occultat incastitatē
suam, cùm scaste agat ex proposito
& electione: incontinens aūt nō est
posse vt occultet: est. n. quasi victus
ab illecebra Et illi, quorū incōtinē-
tiæ causa est debilitas intellectus eo-
rum, meliores sunt eis, in q̄b⁹ salua
est rō, & nō sequunt eā. & hoc, q̄m
illi, qui sunt debilium intellectuū, du
cunt a minore accidente passionis,
q̄d accidit ipsis, & non ꝓuident & p
B cipiunt rectam rōnem. & vſr incon
tinens q̄dem similis est ei, q̄ inebria
tur a modico vino pp debilitatem
cerebri sui, & non similat ei q̄ ine-
briat ex eo, ex quo inebrianꝫ plures
hoīum: intendo ꝙ incontinens vin
cibilis est à modica passione pp de-
bilitatem intellectus sui: quēadmo
dum debilis cerebri vincibilis est à
pauco vino pp debilitatem cerebri
sui. Incontinens ergo non est malꝰ
absolute, sed est fm dimidiam mali
tiam: cum sit quiddam actionis eiꝰ
ꝓelectionem, & quiddam non per
electionē: intēdo q̄m vincibilis est
C a passione. & sīſr indulgēt incontin-
entiæ eius. q̄ paucæ est experiētię.
& pp hoc hmōi nō iniuriant fm ve
ritatē, licet faciāt actiōes: iniurię tē
do tēntes pp paucā experiētiā.
Cùm itaq; q̄ talis est, non sit vt ille,
qui vtit delectationib⁹ corporalib⁹
superflue, & in cōparatione nō recta,
i. corrupta, & est incastus, tunc pos-
sit vt agat actum virtutis, natā do
scīa m suā ex parte experiētiæ & suf-
ficientiæ psualiuæ: intendo eū, qui
ꝓpetrat mala pp modicā experien-
tiā: scasto aūt nō est hoc posse. Ideo
non seiungit virtꝰ à malitia, nisi ex D
parte sanitatis principij speculatio-
nis & corruptionis ipsiꝰ. & hoc, q̄m
principium in virtute sanū est, & in
vitio corruptū. & intendo ꝓ princi-
piū rem, pp quam est actio: & est il-
lud, q̄d hēt se ex rebus operabilibus
habitudine terminorū & principio
rum ex rebus indoctrinalibus: & nō
est ratio verax, intendo eā, ꝙ quā ac
quirit opinio recta effectiua boni:
sed effectiuum boni est virtus natu
ralis & sensualis. & hoc, q̄m virtus sē
sualis cā é sanitatis opinionis: & na
turā cā é virtutis volūtarię: & actio
nis virtuosæ cā sunt istæ duæ: inten E
do virtutē & opinionē rectam. Et ꝓ
pterea ille, qui facit bonū inuentū
in delectationibus & tristitijs cū vir
tute & opinione sana, est castus. &
contrarius ei incastus est: intendo
eum, qui fecit malū, q̄d est in dele-
ctationib⁹ & tristitijs cū malitia &
opinione corrupta. & forsitan aliqs
hoīum divertit à ratiocinatione sa-
na, q̄ videt ei à ratiocinatione corru
pta, q̄ apparet ei pp occasionē, quæ
est in ipso: intendo fortitudinē con
cupiscentiæ, vt ꝙ ducat ipsum hoc
ad opinādum ꝙ oporteat eo requi-
rere delectationes inuerecūde & vi, F
& ad non consyderandū exigentiā
legis circa illud. & hic quidem ē ei
incontinens. & magis signe scendū
est ei q̄ incasto, eò ꝙ incastus natu-
ra facit actiones scastī pp ratiocina-
tionem puersam, quā vidrat in his
actionibus ex parte occasionis, q̄ fit
in ipso: sed facit eas pp malitiam. &
hæc de causa est species hæc non cō-
tinentiæ melior non castitatę. neq;
est malitiosa simplr, eò ꝙ principiū
actionis ipso saluum est & bonum:
intendo rōnem. & est quidē victus

G ab occasione.& inueniẽ̃ species alia oppoſita ei, & eſt ille qui conſtans eſt:& non recedit ab eo, quod videt ei de recto pp occaſionem. Et manifeſtum eſt q̃ hæc diſpoſitio virtuoſa eſt,& contraria eius vitioſa: quãuis non ſit vitioſa ſimpliciter.

De continente & perſtante continentia & differentia. Cap. 9.

VTrum igitur continẽs is eſt, qui in qualicunq; rõne & qualicunq; electione, an qui in recta tñ perſiſtit? verũ item incontinens, qui ſ q̃ H licunq; & ratione & electione p̃ ſtat, an qui in falſa ratione,& nõ recta electione permanet? nunquid ex accidenti in qualicũq;, per ſe vero in vera ratione,& in recta electione perſiſtit alter, alter non perſiſtit? nã ſiquis illud ob hoc eligit & ſectat hoc per ſe: prius illud ex accidenti ſectat, atq; elegit: per ſe autẽ ſimpliciter & abſolute appellamus. Quare fit vt quodam modo in qualicũq; opinione: abſolute aũt ſi vera alter perſeueret, alter non perſeue ſ ret. Sunt autem nonnulli in opinione perſeuerantes, quos pertinaces vocãt, vt obſtinati,& qui nõ facile diſſuaſionẽ admittũt: qui ſimilitudinem quidẽ cũ cõtinente quandam habent, ſicut prodigus cũ liberali, audax cũ forti: diuerſi tñ ſi multis ſunt. cõtinens. n. ex affectu & cupiditate non immutat: nã cũm inciderit, ſuaſioni obtemperãs eſt: ille nõ á rõne. cupiditates. n. admittunt plerig;, atq; á voluptatibus ducunt. Ac ſunt quidẽ pertinaces K qui ſunt ſunt ſententiæ hoſtes, & ineruditi,& ruſtici. atq; hi quidem ſuæ ſunt ſententiæ, ex voluptate & dolore: gaudent. n. cũm vincunt, ſi non diſſuaſi fuerint: dolent cõtra ſi ſua, pinde ac ſint decreta, irrita fuerint effecta. vt hac ratione incõtinenti magis, q̃ cõtinenti ſimiles ſint. Sed aũt ẽt quidam qui in ſe q̃ decreuerunt non perſtant, neq; tñ ob incontinentiã: vt in Philoctete Sophoclis Neoptolemus. atqui is ob voluptatem quidẽ, nõ perſ- L ſtit: ſed honeſtum erat. verũ. n. dicere ipſi erat honeſtum, cũm ad mentiendũ ab Vlyſſe fuiſſet perſuaſus. non. n. oĩs qui ob voluptatem quippiã agit, ſ temperans eſt, aut prauus, aut incontinẽs: ſed qui ob turpem voluptatem agit. Cũm autem ſit quidã etiã talis, qui corporalib⁹ min⁹ q̃ oporteat oblectet, neq; in rõne tñ perſiſtat: inter hunc & incontinentem medius continens eſt. incontinens. n. in ratione nõ perſiſtit, quia magis q̃ oportet: M hic, quia minus q̃ oportet, quippiam ſectatur. at continens perſtat, & ob neutrũ immutatur. Si continentia vero honeſta eſt, vtroſq; hos contrarios habitus eſſe prauos, ſicuti ẽt videt, neceſſe ẽ. quia tñ alter ex his ſ paucis, & raro ſolet reperiri: fit, vt, quẽadmodum temperantiã intẽperantiæ eſſe contraria tñ videtur, ſic incontinentię continẽtia eſſe videat. Cęterũ quia mul

A ta dñr ex ſimilitudine, conſequi
tur, vt continentia temperantis
quoq; per ſimilitudinem ſit. nã
& continens eiuſmodi eſt, vt ni
hil ꝓter rectã rõnem ob corpo-
ris voluptates faciat: & ſiſt tem
perans. ſed ille tñ prauas habet
cupiditates: hic nõ hẽt: atq; hic
eſt talis, vt ꝓter rationem nõ ob
lectet: ille vt oblectet quidẽ, ſed
B tñ non ducaẽ. Similes item incõ
tinens & intemperans inter ſe
ſunt: qui quidẽ, cùm ſint diuer-
ſi, vtriq; corporis voluptates ſe
quunt: ſed alter oportere exiſti-
mãs, alter nõ exiſtimãs id facit.

DIxit. Et ſi continẽtia eſt diſpo
ſitio bona, tunc quæritur an con
tinens eſt ille, qui conſtans eſt in oꝝ
opinione recta, quam videt ſiue nõ
rectam, an ille qui conſtans eſt i opi
nione recta? & ſiſt quæritur de in-
continente, an eſt ille, qui non eſt
C cõſtans in quacunq; opinione, aut
qui non eſt cõſtans in opinione re-
cta? & iam dubitatũ fuit de hoc in
ſecedentibus. & qñ determinata fue
rit res in iſto, patebit q̃ continens p
ſe eſt ille, qui cõſtans eſt in re vera:
& incontinens, qui non eſt conſtãs
in ipſa. incontinens aũt ſm quãcun
que opinionẽ, & cõtinens ſm quã-
cunq; oplonem: & ſunt cõtinens &
incontinens ꝑ modum accidentis:
intendo q̃ ipſi contigerit q̃ opinio
ſua ſit, q̃ videtur ei, eſt virtuoſæ con
tinentiæ: & qñ contigerit huius cõ-
uerſum, eſt continentia in ipſo, non
virtus. & ſiſt in incontinente quod
opponit huic. & cõparat res rei ſm
veritatem, qñ fuerit per ſe. erũt igi-
tur tres modi: ille, qui cõſtans eſt in
quacunq; oplone: & oppoſit⁹ huic, D
inconſtans in quacũq; opinione:
& medius inter eos, virtuoſus vide-
licet: & eſt firmus vel cõſtans in opi
nione recta, & non conſtans in opi
nione falſa. D. Et eos, qui conſtãtes
ſunt in quacunq; opinione, notant
eos holes fortes in ꝓpoſito: & ſunt
illi, quorum difficilis eſt ꝓmutatio
ab eo quod credunt, & recipiunt ex
facili illud, quod primo proponitur
eis ex opinionibus. & iſte aſſimilat
continenti ſm veritatem, quẽ me-
dium eſſe iã diximus. & eius ſimila E
tio ipſi eſt ſicut ſimilatio ꝓdigi ad
magnificum, qui medius eſt inter
prodigum & auarũ: intendo q̃ hęc
extremitas iſtorũ eſt honorabilior
extremitate ei oppoſita, cùm ꝓpin
quior ſit medio. ideoq; cõtinẽs ſm
oplonẽ oẽm melior eſt incõtinẽte
ſm oẽm oplonẽ. & eſt inter eos ma-
gna diuerſitas. etenim continẽs ſm
oẽm oplonẽ non mutat ꝓp concu-
piſcentiã & paſſionẽ, & vt eſt bonæ
creditionis, obediens dicto rõnis: q̃
vero fuerit incontinens in oꝝ oplo-
ne, non obedit rõni, & ſequit oẽs cõ
cupiſcentias. D. & fortis quidẽ ꝓpo F
ſiti, & continentes ſm oẽm oplonẽ
ſunt holes, qui habent ꝓpoſitũ ap-
probatũ ſibi: & non eſt apud ipſos
cognitio. & iſti ſunt ruricolæ: intẽ-
do holes rudes habitatores villula-
rũ. & ſunt quidẽ iſti ꝓpoſitũ habẽ-
tes propriũ in delectatione & triſti
tia: ideoq; gaudent iſti ex victoria
ſua ſup delectationẽ & triſtitiam: &
triſtantur, qñ variatur credulitas ipſo
rum, & ingreditur ſuper eos dubita
tio in opinionibus, de quib⁹ credũt
q̃ ſint venuſtæ. ſimiliores ergo ſunt
continentibus q̃ incontinentibus.
D. Sunt autem quidam holum, qui

G nõ firmat in eo qđ opinat & credunt, non pp incontinentiã, inrẽdo non pp delectationem vilẽ, sed pp delectationem nobilẽ bonã: vt ille, qui recedit ab opinione falsa, quã credebat pp delectationem fiã ex sermone veraci. ex hoc itaq; nõ est incastus, neq; malus, neq; incontinens ille, qui non firmat fm rõnem pp delectationẽ q̃uamlibet, sed qui non firmatur pp delectationẽ turpem. D. Et cum post sit, vt quidam bestiarũ appetant delectationes minus q̃ oportet: & non firmatur fm rõnem: intendo q̃ fm opinionẽ re-
H ctam, tunc ille, qui est fm hãc dispositionem, est inter continentẽ & incontinentem. & hoc, qm̃ inobtinens, q̃ non appetit minus q̃ oportet, nõ firmat in eo, qđ ei videt vt in pluribus incontinens aũt, cuius appetit minor est q̃ oportet, est quidẽ incõtinens in pancioribus: intendo q̃ in constans est in pancioribus. cõtinẽs aũt est ille, qui firme consistit pp id, qđ ei visum fuerit, & non mutatur. Si ergo fuerit continens virtuosus, oportebit vt sit aliquis duo dispõnes contrarias similes. verumtamen, vna earũ deterior est altera: nam vna earum
I est in paucis, & altera in multis, erit ergo malitia illa minus agẽs: & ista plus. D. Et quemadmodũ putat de castitate q̃ sit contrarium incastitatis: sic putat de continentia q̃ sit cõtraria incontinentiæ. D. & tñ nihil est cogens vt sit cõtinẽs ipse castus, nisi noletur continens pp similitudinem fm q̃ nolunt multę res nõ nullibus multarum rerũ pp similitudinem, q̃ est inter eas. & mod⁹ dis similitudinis, qui est inter istos duos est, q̃m continens & castus sunt ambo non facientes diuersum eum, qđ mandat faciendũ ratio & opinio re- K ta ex passione à delectationib⁹ corporalibus. verũ tñ dñia est inter eos, q̃ incontinentes inueniunt concupiscentię prauæ: nisi qđ retinet sempũ sh ens, & tristat ex retentione: casto vero non est concupiscentia prava & vnus eorum nõ delectat ex factione rationis gratia contristationis suæ ex retentione cõcupiscentiarum, & est continens: alter aũt delectat ex facto rõnis, & est castus. Et quemadmodum continẽs similat castũ, absque hoc q̃ sit ipse castus: sic nõ cõtinens similat nõ castũ, cum ambo requirant res delectabiles corpora- L les. attamen inter ipos ẽt differentia est: & hoc, eõ q̃ vnus eorũ videt appetendum esse delectabilia corporalia, & fugiendum esse à contristabilibus, & facit fm q̃ videt de hoc: & alter facit hoc, & non videt illud, & est incontinens.

Prudentiam & incontinentiam simul in eodem non esse. Cap. 10.

SEd neq; vt idẽ simul & prudens & incontinẽs sit, fieri vllo mõ põt. quia n. prudẽs est, eum simul & probũ esse moribus demonstratum est. Adde M q̃ non in eo solũ q̃ cognoscit, est prudens quispiã, sed in eo q̃ est actuosus: incontinens aũt actuosus non est. Callidũ tñ esse incõtinentẽ, nihil vetat. vñ & prudẽtes esse nonnulli vident, q̃ sint incontinẽtes: ppterea q̃ calliditas eo mõ quo superius diximus, à prudentia discrepat: est q̃ quidem ad rõnem spectat, proxima: quã tum ad electionẽ, diuersa. Neq; igit est vt cognoscẽs, & contẽplãs, sed

A ſed vt dormiens, & vino oppreſſus. ac ſponte quidē agit: quodā enim mō cognoſcit & quid, & cuius cā facit: prauus tñ non eſt: quippe cuius electio eius probaſit. quare ſemiprauus eſt, & non iniuſtus. nō. n. eſt inſidioſus. Alter. n. ex ipſis in ſis q̄ cōſultauit, non perſtat: alter q̄ atra bile eſt affectus, ne conſultat quidē omnino. Ac ſimilis quidē eſt incontinens ciuitati, q̄ oſa quidem q̄ fieri debēt. decernat, legesq; bonas habeat, ſed eis tñ non vtat:

B quemadmodum Anaxādrides cauillatus eſt: Nil iurā ciuīs cōſulebat ciuitas: prauus vero vtē ti quidem legibus, ſed malis, ſimilis eſt. Verſat ſūt incontinentia & continentia circa id quod multitudinis habitum excedit: nam alter amplius, alter minus perſtat, q̄ multitudinis facultas ſit. Atq; ex incontinentib⁹ ſanabilior illa eſt, qua qui atra bile ſunt præditi, vti conſueuerunt, q̄ ea q̄ illorum eſt qui cōſulēt, ſed poſtea tñ in ſis q̄ cōſultarūt, non perſiſtunt. incontinētes itē

C ex aſſuetudine, q̄ ex natura facilius poſſunt: q̄ppe cùm conſuetudinem q̄ naturam immutare facilius ſit. nā ob id quoque cōſuetudinē mutare eſt difficile, quia naturæ perq̄ ſimilis eſt: quēadmodū & Euen⁹ ſquit:

,, Conſuetudo quidē rerū tractatio longa eſt:

,, Quam procedentem naturā dicimus eſſe.

Quid igitur continētia ſit & incontinentia, quid tolerantia & D mollities: quantiq; hi habitus inter ſe rationem habeant, dictum iam eſt.

Dixit. Eſt aūt impoſſibile vt ſit hō prudens & inconuinens ſimul. iam. n. demonſtratū fuit in tractatu p̄cedenti q̄ prudens & virtuoſus more vanus ſunt. Ampli⁹ prudēs quidem non eſt ſolum prudens per ſciam, ſed & p operationem: inteꝺo vt ſit operatio eius conueniens ſuæ ſciæ: incontinentis aūt operatio nō conuenit ſuæ ſcientiæ. Aſtutum vero nihil prohibet inconuinentē eſſe. E ideoq; putant quidam bonum q̄ cōtingat incontinentem prudentē eſſ: & hoc eō q̄ latet dīa, quæ eſt inter aſtutum & prudētem, ſm q̄ ante iā determinatum eſt: intendo in præcedenti tractatu. & hoc, q̄n vtuntur in forma, & diuerſificant' quidem ex parte electionis. prudēs namque non adinuenit ſemper niſi bonum: aſtutus autē adinuenit & bonum & malum. D. Et non refert inter eum qui ſcit & operat' per ſcientiam ſuam, & eum qui ſcit & nō operat', aut operatur & non ſcit, niſi ſicut dormientem & vigilem, & ſicut F inter ebriū, qui bibit de voluntate ſua, & ſobriū, ebrius ergo ſimilatur ei, qui ſcit & non operat' p ſciētiam ſuam: operatur enim turpe & videt q̄ turpe: ſed diſpoſitio ebrietatis facit hoc facile ei. qui autem operat' abſq; ſcientia eſt ſicut dormiens. & ideo non eſt vnus ex iſtis malitioſus veraciter, eō q̄ quiſq; iſtorū eſt bonus potentia & aptitudine: malitioſus autem non eſt bonus neque potentia neq; actu. & propter hoc non eſt vnus duorum modorū in-

G continentium iniuriosus: intendo eum qui est incontinens pp priuationem scientie, & eum qui est incō tinens habens scientiā ꝓpter victoriam concupiscentiæ. neuter.n. istorum fraudulentus est. intendo per fraudulentum, qui facit iniuriam ex ꝓconsiliatione & electione rationis. vnus enim incontinentium est ille, qui inconstans est in opinione, quam videt: & alter mobilis vtilis in moribus, nihil præmeditans. D. Et similatur incontinēs ciuitati, quæ habet leges nobiles, & non vtitur eis penitus. & malitiosus H similat ciuitati habēti leges iniquas, & vtenti eis. Incontinentia ergo & continentia, qñ superexcedunt, ponunt habentes sm dispositionē, in qua excedunt plures bonum: continens quidem superflue, eō ꝙ ei⁹ cō tinentia plus est q̄ plurium bonum: incontinens aūt, eo ꝙ eius continentia minus est q̄ pluriū bonum. Qui aūt incontinentium citius curabilis est, est ille, cuius incontinētia est pp choleram nigram, cum non peccent ex præmeditatione & præiudicio. qui autem ꝓmeditant & præiudicant & non constant super iudicatum, difficilius curabiles sunt. & sic I illi, qui incontinentes sunt pp assuetudinē, citius curabiles sunt illis, qui incontinentes sunt pp naturā. ꝓmutatio.n. consuetudinis facilior est ꝓmutatione naturæ. difficilis est.n. in consuetudine, eō ꝙ ipsa similat naturæ. D. Ex hac ergo dictiōe demōstratū est, quid continens & quid incōtinens, & quid tolerans & quid dissolutus vel mollis, & qualis sit ꝓportio istarum dispōnum quarūdā ad quasdam. Et hic explicit postremum eius, quod dixit de intētionibus, quæ appropriantur huic tractatui: neq; repetetur in alio ex tractatibus istius libri. loquitur. n. in tractatu, qui est post hunc, de delectatione. & perscrutatio de ipsa complebitur in postremo tractatu huius libri.

K

De voluptate. C.p. 11.

AT vero de voluptate & dolore contēplari ei⁹ est, qui circa ciuilē facultatē philosophatur. is.n. finis eius architectus est, ad quē spectantes vnumquodq; tū malum, tū bonum appellamus. Præterea de his considerare necessarium ēt est: quippe cùm virtutem moralem & vitiū circa voluptates, & dolores constituerimus: & felicitatem plerisq; existere cū voluptate asserant: vnde ēt beatū à verbo χαίρειν quod est gaudere, μακάριον nominarint. Quibusdā igitur nulla voluptas neq; ꝓse, neq; ex accidēti esse bonum videtur: nō.n. posse idem & bonū esse & voluptatem asserunt. alii M nōnullas bonas, plerasq; prauas esse opinantur. tertia sententia ꝓterea ē, ēt si oēs sint bonæ, optimum tñ voluptatem esse nullo modo posse. Atq; o sno quidem non esse bonum, ꝓpterea dicūt, ꝙ os voluptas generatio ē sensibilis in naturam: nulla.n. generatio finibus est cognata. verbi causa nulla ædificatio dom⁹ est. Temperans præterea voluptates fugit. item prudēs quod dolore vacat, persequit, non quod iucun-

A iucũdum est. voluptates etiam prudentiæ sunt impedimento. atq; eò magis, quò quis magis oblectatur. vt in venereorũ voluptate contingit: in qua constitutus nemo intelligere quippiã potest. Huc accedit, q̃ voluptatis nulla ars est: cùm tñ bonum omne opus artis esse cẽseat. Adde q̃ pueri quoq; & bestiæ voluptates persequunt. Quòd aũt non oẽs esse probas dicant, propterea est, quia turpes ẽt nõnullæ, & probrosæ, & noxiæ quoq;
B reperiunt. quippe cùm morbosa sint quędam ex ijs q̃ voluptate afficiunt. At non optimũ esse voluptatem asserũt, ob id quia non finis, sed generatio est. Atq; ea quidem quæ dñr, hmõi sunt.

Improbatio rationum de voluptate.
Cap. 12.

AT enim non effici ex his vt voluptas aut bonum aut optimũ non sit, hinc perspicuum erit: primum, quia bonũ dupliciter, alterum. n. ab-
C solute, alterum alicui bonũ dicitur: & naturæ & habitus id sequuntur: quare sequuntur quoque idẽ & motiones, & gñationes. Quæ itẽ esse prauæ vident, absolutæ aliæ sunt prauæ, non tñ alicui, sed eligẽdę alicui sunt: aliæ ne huic quidem, nisi aliq̃n, & paruo tpe, & non sunt eligendæ. q̃dam vero ne voluptates quidem sunt, sed videnť: q̃cũq; cum dolore, & medicinæ causa exist unt: cuiusmodi voluptates ægrotantiũ sunt. Præterea cum D bonum aliud operatio sit, aliud habitus: q̃ in naturalẽ habitum constituunt, ex accidenti suaues ac iucundæ sunt. operatio autẽ † 2.ij. defi- est in cupiditatib⁹ † submolesti cientes. habet⁹, ac naturæ. Nam sine dolore ẽt & cupiditate voluptates existunt. vt contẽplandi operationes, q̃ minime indigentis naturæ sunt. Argumento id est, q̃ non eadem iucunditate oblectã tur, dum replet natura, & dum constituta est: sed dum est cõstituta, ijs q̃ absolute sunt iucũda: E dum replet, cõtrarijs ẽt gaudẽt. accidit siquidem & amaris delectant: quorum nihil neq; naturæ, neq; absolute iucundum est: quare neq; ipsæ voluptates. sicut. n. iucũda inter sese distant, ita quoq; voluptates q̃ ab ipsis eueniunt. Adde q̃ non est necesse, vt aliud quid meli⁹ voluptate sit, quemadmodum nonnulli dicunt, finem ipsum gñationis: generationes. n. voluptates non F sunt, neq; cum generatione oẽs existunt, sed operationes sunt et fines: neque ex ijs quæ gignuntur, sed ex ijs quibus vtimur, efficiuntur. finis item non omniũ diuersum quid est, sed earum q̃ ad naturæ perfectionem deducuntur. Vnde sensibilem generationem voluptatem esse dicere, non recte se habet: sed potius dicendum est, operationem esse eam habitus qui secundum naturam est, & potius quàm sensibilem, impedimento vacantẽ.

G Videſ aũt ex eo gñatio eſſe, quia ꝓprie bonum eſt: operationem enim gñationem eſſe exiſtimãt, cũm tñ diuerſa ſit. Nã q̃ aiunt prauas eas eſſ, quia morboſa nõ nulla ſunt iucunda, idẽ de ſalubribus dicẽdum eſſet. q̃dã.n. ex ipſis adrẽ pecuniariã prauæ ſũt: vt hoc modo prauæ ambo eẽnt. at in hoc non ſunt prauæ: quippe cũm contemplari quoq; quã eum ad finitatem attinet, nocumentũ interdum afferat. Neq; prudentiæ vero, neq; alicui habitui impedimento eſt ea q̃ ab vnoquoq; ꝓcedit voluptas, ſed alienæ. nã q̃ ſ conrẽplando & diſcendo, pueniunt, magis vt contẽplemur, ac diſcamus, efficiũt. Nullã vero voluptatem artis vllius eſſe opus, ꝓbabiliter contingit: quippe cũ neq; alterius operationis vllius ars ſit, ſed facultatis. tamẽtſi & vnguẽtaria ars, & obſonatoria eẽ voluptatis videnſ. Quòd aũt tẽperãs fugiat, & prudens dolore careat tem vitã ꝓſequaſ, ꝓſequanſ item tam pueri, q̃ beſtiæ, nõa eodem mõ ſol ſunt. Nam quia dictum eſt quo mõ bonæ abſolute, & quo mõ nõ bonæ voluptates omnes ſint: tales pueri & beſtiæ ꝓſequũtur harum; indolentiã prudẽs ſectaſ, q̃ cum cupiditate & dolore exiſtunt, & corporis ſunt: huiuſmõdi.n. ſunt hę: harum item exceſſus fr̃a quos intemperans intemperans eſt. propterea temperans hæc fugit: nam etiã temperantis voluptates ſunt.

H

I

De voluptatum ſpecibus. Cap. 13. k

Æterum dolor quoq; eſſe malum & fugiendũ cõcedi ſ: arq; alius abſolute malũ, alius, eò quod quodã mõ ſpedimẽto eſt. fugiẽdæ aũt res, quatenũs eſt fugiẽda & mala, bonũ cõtrarium eſt: bonũ igiſ quodã eſſe voluptatẽ neceſſe eſt. Nã quẽadmodũ ſoluebat Speuſippus, nõ cõpetit ſolutio. ſicut maius minori & æquali, ita cõtrarium hic eſſe. non.n. idẽ q̃d malũ aliquod voluptatẽ eſſe quiſpiã dixerit. Iã vero nõnullæ voluptates ſunt prauæ, nihil vetat aliquã eſſe optimũ: ſicut ſciẽtiã aliquam, licet prauę quędã ſint. fortaſſe vero etiã neceſſariũ eſt, ſiquidẽ vniuſcuiuſq; habit⁹ operationes ſine ſpedimẽto ſunt, ſiue oſum opatio ſit felicitas, ſiue alicuius ipſorũ, ſi impedimento vacet, eã eſſe maxime expetẽdã. hoc aũt eſt voluptas. Quare efficiẽt, vt quædã voluptas optimũ ſit, licet multæ voluptates forte abſolute prauę ſint. ac ꝓpea oſs felicem vitã iucundã eſſe exiſtimãt: voluptatẽq; felicitati cõſentanee annectunt: qppe cũ nulla opatio q̃ impediẽt, ꝓfecta ſit, felicitas vero ſit ex ꝓfectis. Ideo ſit, vt ex corpis & externis bonis, fortunaq; ipſa inſup indigeat felix, ne hæc ſpediãt. Nã qui eũ q̃ rota torqueſ, & calamitatib⁹ magnis opprimiẽ, ſi bon⁹ ſit, felicẽ eſſẽ dicunt: vel inuici. vel ſponte nihil dicũt. Quia vero inſup fortuna indiget felix: idẽ eſſe nõnul

L

M

lis

A lis fortunæ, ꝓperitas, & felicitas vſ: cũ tñ nõ ſit: nã ipſa quoq; cũ excedit, impedimẽto eſt. ac fortaſſe nõ amplius fortunæ, ꝓſperitas appellari iure põt: quippe cum eius definitio ad felicitatẽ ſpectet. Quòd item omnes & beſtiæ & hoſtes voluptatem ſequũtur, id ipſam eſſe quodam modo optimum indicat.

Non prorſus fama illa perit,
" quam multa per orbem.
Turba hominum celebrat.

" B Sed quia neq; eadem natura, neque idem habitus optimus aut eſt, aut videtur: neq; voluptatẽ eandem omnes, voluptatem tñ omnes ſequuntur. fortaſſe etiã non eã ſequuntur, quam putãt neq; quam dicerent, ſed eãdem. omnia.n. natura diuinum quid habẽt. Sed corporis voluptates nominis huius hæreditatem cõ ſequutæ ex eo ſunt, ꝙ fere in ipſas incidunt homines, omnesq; earum ſunt participes. vñ quia ſolæ notæ ſunt, ſolas has eſſe opinantur. Perſpicuum etiam eſt, C niſi voluptas ſit bonum & operatio, fieri non poſſe, vt iucũde felix vitam traducat. Cuius.n. cauſa indigeret ipſa, ſi nõ eſt bonum? ſed etiam moleſte viuere poterit. nam neq; malum neq; bonum eſt dolor, ſi neq; voluptas. Quare cur fugerem? neque igitur probi viri vita erit iucundior, niſi etiam operationes ipſius ſint.

De corporis voluptatibus. Cap. 14. D

AT vero de corporis voluptatibus conſiderãdum illis eſt, qui nõnullas voluptates valde eligendas eſſe dicunt, illas videlicet ꝙ honeſtæ ſunt, ſed non corporales, & eas circa quas verſatur ſtemperas. Qui ſit igitur, vt contrarij dolores prauis ſint? malo enim bonum contrarium eſt. An ita bonæ ſunt illæ quæ ſunt neceſſariæ, propterea ꝙ quod nõ eſt malũ, bonum eſt? An aliquatenus bonæ ſunt? Habituũ.n. & motuũ, E quorum melioris exceſſus non eſt, neq; voluptatis ẽ exceſſus: quorum aũt eſt, eſt ẽt voluptatis. at corporis honorum eſt exceſſus, & prauus proſequendo exceſſum, & non neceſſarias voluptates prauus eſt: oãs ſiquidẽ & obſcenas & vinas & venereas quidã modo oblectant, ſed non vt debent. Contra in dolore. nõ enĩ exceſſum fugit quiſpiã, ſed oĩno fugit: qppe cum exceſſui dolor cõterius minime ſit, ſed F ei qui exceſſum ꝓſequit. Quãquã autem non tñ opus eſt, vt verum dicamus, ſed ẽt oportet, vt falſi cãm explicemus. hoc.n. ad fidẽ faciendam conducit: nam cũm rationi conſentanea viſa fuerit cauſa, cur verum appareat eſſe, quod verum nõ eſt facit, vt vero magis fidem adhibeamus: ic circo dicendum eſt, qui fiat, vt corporis voluptates expetibilio res eſſe videant. Primũ igitur, quia expellit dolorem: atq; ob dolo-

doloris excessum excedentē volupt
atē, q̄si medela q̄dam sit, at
que olīno corporis voluptatem
p̄sequunt, medelæ aūt vehemē
tes fiunt: vñ eas ēt persequūtur,
quia circa contrarium vident.
atq; ob duo hæc bonum nō esse
voluptas videt, sicut dictū est:
qm̄ aliæ prauæ naturæ actiōes
sunt, siue ab ortu vt bestiarum,
siue ex consuetudine, vt prauo-
rum hoīum: aliæ sunt medelæ,
quia sunt indigētis: meliusq; est
habere q̄ fieri: aliæ accidunt, dū
H perficiunt. ex accidenti igit̄ pro
bę sunt. Adde, q̄ quia vehemen
tes sunt, illi eas persequunt, qui
lætari alīs nequeunt. ipsi siqui-
dem sitis quasdā sibi p̄parant.
qñ igit̄ innoxiæ sunt increpatio
ne vacat: qñ noxiæ, prauū est.
neq; n. habent alia quibus lætē-
tur, & neutrum habere pleriſq;
molestum est ob naturā. Semp
enim laborat aīal: quemadmo-
dum ēt naturales disputationes
testāt, q̄ videre & audire eē mo-
lestum asserūt. sed consueti iam
I sumus, vt inquiunt. sīr ēt in iu-
uentute ob auctionē perinde ac
temulenti afficiunt: & iuuētus
iucūdū quid est. Atra bile vero
affecti natura semp medela indi
gent. corp⁹. n. eorū ex tēperatu
ra semp mordet: semperiq; appe
titu, vehementi incitant. volu-
ptas aūt & contraria & quęuis,
mō sit vehemens, dolorē expel
lit. ac, p̄pterea intēperātes ac pra
ui euadunt. Quæ aūt sine dolo-
re sūt voluptates, excessum n
habent. atq; hæc natura, non ex
accidenti iucundarū rerū sunt.
Ex accidenti aūt iucunda appel
lo q̄ medicinam afferunt: nam
quia accidit, vt medicinam con
sequamur, dū id quod sanū sub
stat, agit aliquid: p̄pterea esse iu
cundum videt: natura vergiu-
cunda, q̄ talis naturæ actionem
efficiunt. Nulla aūt res p̄pterea
est, q̄ eadē semp suauis sit, quia
simplex natura nr̄a minime est,
sed infirmū diuersum quid ēt hēt,
quo ē corruptibilis: vt si alterū
quid agat, id alteri naturæ sit p̄-
ter naturam. cum vero adęquā-
tur, neq; molestum, neq; iucun-
dum id quod agit eē videatur.
Nam si alicuius natura simplex
sit, ei semp eadē actio erit iucun
dissima. atq; iccirco Deus semp
vna ac simplici gaudet volupta
te. neq; n. motionis tm̄, sed īmō
bilitatis ēt operatio est: magisq;
in quiete q̄ in motu voluptas
cōsistit. At vero mutatio oīum
res suauissima est, vt poeta in-
quit, ob prauitatem quandā. sī-
cut. n. hō prauus mutabilis est:
ita ēt natura, q̄ mutatione indi-
get: non. n. est simplex, neq; pro-
ba. Ac de continentia quidē &
incontinentia, & de voluptate
& dolore: quidq; vnumquodq;
horum, & quo modo alia ex ip-
sis sunt bona, alia mala, di-
ctum iā est. posthac
vero de amici-
tia dice-
mus.

L De semp vna ac simplici gaudet voluptate.

M Voluptas in quiete magis q̄ motu obtinet.

ARISTOTELIS
Moralium Nicomachiorum Liber Octauus,

Cum Auer. expoſitione.

SVMMA LIBRI.

De amicitia, & eius ſpeciebus.
De amicis: ac de multis, quæ circa amicitiã & amicos ſunt cõſyderãda.

De *amicitia.* Cap. 1.

POſt hæc ſequitur, vt de amicitia diſ-
B ſeramus: quippe q̃ aut virtus quæda, aut cũ virtute eſt. Reſq; eſt ad vitã maxime neceſ-
ſaria. abſq; amicis enim viuere, licet cætera bona oſa ſuppeteret, eligeret nemo. nam & diuites, & principatus, poteſtatesq; habẽtes maxime indigere amicis videnť. Quid enim prodeſt eiuſmodi, pſperitas, ſi beneficiũ tollať, quod erga amicos & præcipue fit, & maxime laudatur? aut quo modo ſine amicis cuſto-
C diri, cõſeruariq; poſſet? quanto enim amplior, tanto ẽt periculoſior eſt. In paupertate ẽt & reliquis infortunijs amicos eſſe vnicum refugiũ putant. Iuuenibus itẽ conducit ad id vt nõ peccẽt: & ſenioribus ad obſequium & ad defectum actionum, ad quas ob imbecillitatem auxilio indigent: et ijs qui in ſtatu ſunt cõſtituti, ad honeſtas res capeſſẽdas. Si bini ſimul ire parent. nam & ad intelligendum & agendum magis idonei ſunt. Ineſſe etiam D
natura ei videtur quod genuit, erga id quod genitum eſt: ei itẽ quod genitum eſt, erga id quod genuit: atq; id non tam in hominibus, q̃ in auibus, & pleriſq; alijs animalibus contingit: & ijs item quæ eiuſdem nationis ſunt, & hominibus præcipue: vnde humanos, id eſt hominũ amatores laudamus. Quàm familiaris etiam atq; amica res ſit homini vnuſquiſq; homo, in erroribus quoq; conſpicere licet. E
Videtur etiam ciuitates continere amicitia. et legislatores magis ipſi q̃ iuſtitiæ ſtudent: concordia enim eẽ ſimile quid amicitiæ videtur, quã illi maxime affectãt, ſeditionẽ vero, quæ inimicitia eſt, maxime expellunt. nam ſi ſint amici, iuſtitia opus non eſt: ſin autem ſint iuſti, amicitia indigent. Adde q̃ id quod maxime ius eſt, eſſe amicabile videtur: neq; ſolum neceſſariũ eſt, verum etiã honeſtum. amicorũ enim amatores laudamꝰ. F
multorumq; amicitia vna quædam eſſe ex honeſtis rebus videtur. præterea nonnulli eoſdẽ & bonos viros & amicos eſſe opinantur. Cõtrouerſia autem de ipſa non parua eſt. nam alij ſimilitudinem quandam eam eſſe ſtatuunt, & ſimiles amicos. vnde ſimilem inquiunt ad ſimilem ire, & graculum ad graculum, & cætera huiuſmodi. alij contrario figulos omnes tales eſſe inter ſe dicunt: ac de ipſis

altius,

altius, & naturalius inuestigãt. Euripides quidem inquiens.

» Humentem amare pluuiam cũ terra est arida,

» Cœlumq; sacrum cum grauatum est imbribus,

» Telluris arẽtis cadere in sinum appetere.

Heraclitus aduersarium esse cõtentionis: & ex differẽtibus pulcherrimã coapeationem fieri: & cũcta ex lite oriri. contraria vero his asserunt cũ alijs: tum Empedocles, similẽ enim fiẽt appetere ait. Sed naturales dubitationes missas faciamus: quippe q; præsenti cõsiderationi minime sint accõmodatæ. quæ aũt humanę sunt, & ad mores affectusq; pertinẽt: inspiciamꝰ: vtrũ videlicet inter oẽs homines amicitia contingat: an fieri nõ possit, vt prauis amici sint: vtrũ itẽ vna spẽs amicitiæ an plures reperiantur. Qui enim vnã esse speciem, ex eo opinãtur, q̃ magis & minus admittit: nõ idoneo argumẽto nituntur: nam ea etiã, quę diuersa sunt specie, magis & minus admittere cõsueuerunt. de quibus antea iam dictum est.

DETERMINATIO VIII. TRACT. LIBRI NICOMACHIAE ARISTOTELIS.

DIcit. Dictionem aũt in his quæ præcesserunt sequit̃ dictio in dilectionibus, & modis eorum dilectio etenim virtus est de nostris virtutibus, & est de rebus necessarijs homini in vita sua. & existentia eiꝰ K p ipsam nobilior est, cum hoc q̃ est necessaria ei in vita. Fortassis enim nemo volet vitã abs q; amicis: interdo nemo ex illis, quibꝰ sunt reliqua bona, vt diuites, & rectores, & dñi potestatũ, & vsi illi, qui in bona & venusta dispõne sunt. & hoc, qñ isti vident q̃ venusta dispositio cupitur quidem pp benefacere famosum & notorũ. Nam si non, tunc quidem quod remanet de venusta dispõne, qñ defuit ex ea exhibitio beneficij famosi & notorij, & benefacere notorũ, sit quidem maxime erga amicos, & p amicos exisbt homo precipue honoratus, & laudatus. & etiam qualiter est põte vt sit homo saluus absq; amicis. etenim quanto maior fuerit opulentia & excellẽtia dignitatis eminentior, tãto est ruinæ suspicatio imminẽtior, & saluationis indigẽtia, quæ ab amicis ẽ amplior. Et ẽ videtur q̃ non sit refugium in paupertate, & ceteris calamitatibꝰ fortunæ nisi versus amicos. Et amici sunt adolescẽtibus refugiũ, & ducatus ad nõ peccandum: & in timbus subsidiũ in suis indigentijs & calamitatibus, & occasionibꝰ eis irruen- M tibus ex defectu suarum operationum, & pp debilitatem ipsorum: & adiuuãt iuuenes in actionibus suis nobilius. nã duo, qñ coniungũtur, fortiores sunt ad agẽdum & intelligendum. D. Videtur aũt quoddã genus dilectionum esse p naturam: vt habitudo patris cũ filio. & istud genus dilectionis nõ solum inuenit̃ in hominibus, sed in pluribꝰ animalium, & de istis est dilectio, quę inuenitur vni speciei, & pcipue homini. & ex hoc laudatur amator hominũ. estq; hoc loco difficile, an posse sit

vt

A vt omnis homo amet omnẽ hominem, & vt amicus ſit omni homini. Et vſ q̃ dilectio, quæ propria eſt cuibus adinuicẽ, honoranor ſit ea q̃ propria eſt vni: & q̃ ſtudiũ legislatoris in cõmenſuratione huius dilectionis & firmatione ei⁹ ſit plus ſtudio eius in ponẽdo iuſtitiam & eius cõmenſuratione. & videtur q̃ conuenientia in opinione conſeruatio quædã ſit dilectionis. ideoq; maxime legislatores ad inducẽdum vnitatem opinionis & firmãdum eam, laborantes ad remotionẽ diſſenſionum: eò q̃ diuerſitas ſ opinione inimicitia eſt. & qñ fuerint hoſtes amici, non indigent poſitione iuſtitiæ: qñ vero iuſti fuerint, adhuc indigẽt amicitia. nõ enim de neceſſitate diligentes ſunt: ſed eſſe iuſtos diligẽtes res eſt, per quã iuſtitia completior fit, & melior. D. Et quidam hoſtes vident q̃ amicos eſſe bonos, ex virtute amicitiæ eſt: intẽdo q̃ amicum eſſe bonũ eſt nobilius. & quidã vident q̃ amici & boni ſunt vnum & idem, i. omnis amicus bonus eſt: & omnis bonus amicus. Et in hoc eſt dubitatio nõ modica. Iam quidã vi C dent q̃ amicũ eſt ſimile, & inimicũ cõtrarium. & quidam vident econuerſo: & q̃ vterq; amicorũ mouet alterũ & mouetur ab altero. Et Antiqui naturaliſi dixerunt in hac intentione dictionis cõtrarias ſententias. vna quarum erat, q̃ agentia in inuicẽ ſunt cõſimilia: vt dictũ Empedocli, q̃ ſilẽ appetit ſimile: & vt ſermo cõtrari⁹ huic, q̃ diuerſa æqualiter apta ſunt, vt ex eis bona fiat cõparatio. D. Atamẽ iſta dubitatio, & quod circa ipſam eſt ex difficilib⁹ quæſtionibus, oportet vt relinquat⁹ in hac ſcięntia: etenim eſt eſſentialis Naturali ſcientiæ. quod aũt de iſtis D quæſtionibus pertinet moribus & accidentibus alię inquirendum eſt in hac ſcientia: vt an poſſe ſit q̃ omnis homo diligat omnẽ hominem, aut non eſt poſſibile vt dilectio ſit inter malos: & vt ſit perſcrutatio an ſpecies dilectionis ſit vna vel plures. Etenim qui putãt q̃ dilectio vnica ſit ſpecies, pp hoc, q̃ recipit magis & minus, nõ habent ſignum ſufficiẽs ex hoc: eò q̃ additionem & diminutionẽ recipiunt res diuerſæ ſecundũ ſpeciem. & iam dicta eſt de hoc dicto in alio ab hoc Libro.

E

De amabili, Cap. 2.

FOrtaſſe vero de his conſtabit ſi amabile ipſum cognitum fuerit. quippe cùm nõ quodlibet amari videatur, ſed quod amabile eſt: id aũt, aut bonum, aut iucundũ, aut vtile ſit. Vtile aũt id eſſe videri poteſt, p̃ quod bonum aliquod aut voluptas efficitur: ita vt bonũ & iucundum amabilia ſint, vt fines. Verum igitur bonum amãt, an quod ipſis bonũ eſt? diſcrepant enim interdũ hæc. ſiſſr quoq; eis F ea ipſum iucundũ. Videtur aũt quod ipſi bonũ eſt, amare vnuſquiſq; & eſſe quidẽ quod abſolute bonũ eſt, amabile: cui vero, q̃ cui q̃ eſt. at amat vnuſquiſq; nõ quod ipſi eſt bonũ, ſed quod apparet: ſed id nihil refert. nam amabile apparẽs erit. Cum tria vero ſint, pp̃ quæ amant homines, de inanimatorũ amore amicitia minime dr̃: quippe cùm neq; reclamatio, neq; voluntas boni

G boni illorum vlla fit. ridiculum enim esset fortasse, si vino quispiã bona vellet: nã si modo aliquid est, sãluũ esse illud, vult aliquis, vt ipse habeat. Amico aũt siquiũt bona velle oportere illi⁹ causa: eo⁹q; qui ita bona volũt, si nõ idẽ ab illo existat, benevolos dicunt. benevolentiam.n. in mutua affectione amicitiã esse. An addendum est non latentẽ. nã multi benevoli sunt ĩs etiã, quos non viderunt: quos scilicet putãt modestos esse, vel vti
H les. quo & modo illorum quispiam erga hos affici posset. ac benevoli quidem esse inter se hi vident: amicos aũt eos qui quo modo inter se affecti sint, ignorant, appellare quis posset. Ops igitur, vt benevoli mutuo inter se sint, velint⁹q; bona ob vnũ ali quid ex ĩs, quæ dicta sunt.

DIxit. & forsan patebit hęc intentio qñ scitum fuerit an amatĩ vnum sit, an plura. patet enim ꝙ non amatur oĩs res, sed amatur quidem amatum tñ: & ꝙ amatĩ tri-
I plicis est speciei, bonum, & delectabile, & vtile. D. Fortassis autem putabitur ꝙ vtile est conferens ad hęc duo. & si sic est, erit ꝙ oĩs amabũt, aut bonum, aut delectabile. Vtrum ergo amici amant se adinuicem pp bonum quod in seipso bonum, aut propter bonum quod est in relatione ad ipsos: forte enim in quadam istarum amicitiarũ diuersitas est. & hmõi accidit in amicitia ex parte delectabilis relati: intendo ꝙ alter amet alterum propter delectationem ex ipso: intendo ꝙ accidat in hoc etiam diuersitas & corru-
K la. Et ist⁹ duæ species amicitię communes sunt omnibus hoĩbus. videtur enim ꝙ quilibet amet delectabile, quod apud ipsum est delectabile, & similiter bonũ, quod est bonum comparatum ei. illi autem; quorum alter amat alterũ propter amationem boni in seipso: intendo eos, quorum vterq; amat socium suum propter bonum, quod est in eo, habent amicitiam, quæ non corrumpitur neque mutatur. non.n. amat alter alterum, eo quòd bonus sibi, intendo amator: sed eo ꝙ patet ei, qñ in seipso bona amantur. ergo L in hac est equidem scitum tantũ: & in tali est, quod conferat aut delectet. D. Propter hoc igitur necesse est vt modi amãtium tres sint, & similiter amationum. dimittatur autem non est anima, huic non dilectio vel amatio. quibus.n. nõ sunt animæ, in his non inuenitur redilectio: intẽdo retributionẽ ſm ꝙmlitatem. ideoq; rideandum est de dilectione dicentis ꝙ bonus amat bona p modũ, quo dicimus ꝙ bonus amat eum qui est bonus. & forte velit dictor ille per hoc ꝙ bonus vult ꝙ bona saluent & conseruent salua M tione & conseruatione in existentia sua, donec ei sint. D. Et iam dixerit ꝙ amicus est ille, qui vult bona amico suo, & propter amicum suum. illos aũt, qui volunt sibi inuicem bona per istum modũ, nominamus castigatores vel exhortatores. & hoc, quando fuerit vtriq; eorum ab altero vtilitas, quæ est alteri ab ipso. qñ vero non fuerit hoc, nõ nominamus eos exhortatores: exhortatio enim quæ est dispositio, est dilectio duorum coæqui-

pol-

A pollentium in passione: intendo in correttributione, cū exhortatio quidem inueniatur ab hac dispōne. D. Addendū autem ad hunc terminū, qñ neuter eorum occultat à socio suo statum suū: sæpe n. fit exhortatio ab indiuiduo ad indiuiduū, quis hoc propter illud, qđ imperat ex vtilitate in illo indiuiduo aut aptitudine ad bonum. verunt̄ hmōi non nominantur exhortatores, donec fit ab altero ad alterū coæquipollētia in hac intentione, & æqua corretributio. & qñ hoc fuerit, non pote-
B rit esse vt celet alter eorum statum suum ab altero: immo patefaciunt sibi status suos adinuicem & qñ fuerit exhortatio dilectio, qualiter est possibile in coamantibus q̄ celet alter alterum statū suum? Necessarii ergo ē vt amantes exhortētur se adinuicem, & velint bona sibi inuicem, & correuelēt sibi inuicem status suos, neque celent quicquā ex eis quæ de eis dicuntur.

De speciebus amicitiæ. Cap. 3.

C EA vero inter se specie differūt: ergo dilectiōes quoq; & amicitię. tres. n. æquales numero amabilibꝰ amicitię spēs sunt: quippe cū in vtroquoq; sit redamatio nō latēs, qui autem mutuo se amant, volūt sibi mutuo bona eatenus, quatenus amant. Qui quidem ob vtilitatem amant se mutuo, nō per se amant: sed quatenus bonū aliqđ à se mutuo percipiūt. Simili modo qui ob voluptatem amici sunt: non. n. vrbanos amant, quia qualitate quadā sunt affecti, sed quia iucundi ipsis sunt. D ita & qui ob vtilitatē, & qui ob voluptatem amant: illi ob suū bonum, hi ob suam voluptatē diligunt. non quatenus est ille qui amat, sed quatenꝰ est vtilis vel iucundus. Ex accidenti igit amicitię hæ sunt. non. n. quatenus est ille qui amatur, quicūq; is sit, eatenus amatur: sed quatenus bonū aliquid alter, alter voluptatem affert. Hmōi autē amicitię dissolui facile possunt, cum similes ipsi nō permaneāt. nam si nō amplius iucundi, aut E vtiles fuerint, amare desistunt. at vtile non permanet, sed alias aliud euadit: quo fit, vt dissoluto eo, ob qđ amici erant, amicitia quoq; ipsa dissoluatur, quippe quę propter illud erat. Maxime vero inter senes hmōi amicitia videtur existere: nō. n. qui hac ętate sunt, iucundum persequuntur: sed vtile: quicunq; item ex iuuenibus in statuq; cōstitutis hominibus vtilitatē sectantur. Tales aūt neq; viuere simul cōsueuerunt: qñq; etiam F neq; sunt iucundi: neq; tali consuetudine indigent, nisi vtiles sint. eatenus. n. sunt iucūdi, quatenus bonum aliquod sperant. inter has hospitalem etiam reponunt. At iuuenum amicitia esse ob voluptatē videtur: quippe cum ex affectu vitam traducant: & maxime quod sibi iucundum est, quodq; est præsens sectentur. mutata autem ętate iucunda ipsis etiam diuersa euadunt:

G dunt: vnde cito amici & fiunt, & esse desinunt. quia amicitia vnà cum iucunditate mutatur. talis vero voluptatis velox mutatio est. Iuuenes etiã amatorij sunt: quippe cũ ex perturbationis affectu & voluptate multa illa amatoriæ affectionis vis oriatur. ideo fit vt & ament, & cito desistãt, sæpe eodẽ die. Islam mutantes: simulq; toto die versari, & conuiuere velint. ita. n. id qd ex amicitia requirunt, ipsis euenit. Bonorũ vero & eorũ qui in
H virtute sunt similes, amicitia perfecta demũ est. hi. n. mutuo sibi bona sibi volunt, quatenus sunt boni: boni aũt sunt p se. at qui amicis bona volũt ipsorũ causa, maxime amici sunt: quippe cũ per se, ita sese habeant, & nõ ex accidenti. vnde horũ amicitia præcipue permanet, quoad boni fuerint: virtus vero stabilis res est. Estq; vterq; & absolute bonus et amico, nã boni et absolute, & sibi mutuo boni sunt. vtiles itẽ, & iucundi similiter.
I boni. n. sunt & absolute, & sibi mutuo iucũdi. singulis siquidẽ propriæ actiones, & tales voluptatẽ afferunt: bonorũ autem actiones tales, vel similes sunt. Vnde fit vt talis amicitia stabilis merito fit. in ipsa. n. ofa quæ amicis esse debent, cõiunguntur. nam cũ ofs amicitia ob bonum fit, aut ob voluptatẽ, vel absolute, vel amanti, & per similitu-
* a. l. l ac dinem quandam: huic omnia
. nredicta per se insunt. †huic. ff

similes ẽt reliquę sunt: & absolute bonum, absolutęq; iucundũ ineſt. hæc autẽ maxime amabilia sunt: & amare ẽt & q̃ maxime est amicitia atq; optima his est. Par autẽ est, vt raræ tales amicitię sint: quippe cũ pauci hmõi reperiantur. addit q̃ tẽpore & consuetudine indiget. nam, vt est in prouerbio, fieri nequit, vt mutuo hoies sese cognoscant prius q̃ salem qui dicitur, cõsumpserint: neq; prius sese admittãt, sintq; inter se amici, q̃ alter alteri amabilis & vi- L
deatur esse, & credat. Qui autẽ cito sese gerunt amice inter se, volũt illi quidem esse amici: ed non sunt tñ, nisi quoq; & amabiles sint, & se esse non ignorẽt. ac voluntas quidẽ amicitię velox ẽ, amicitia minime. hęc igitur & tempore & reliquis perfecta est: ex omnibusq; his existit: similisq; vtriq; ab vtroque est. id qđ ineſt amicis necesse ẽ.

Dixit. Cùm amatoria sint diuersa fm formam, oportet vt M
sint modi dilectionum diuersi fm formam. species ergo delectionum tres sunt, q̃quales numero species rerum amatarũ: & in vnaquaq; carũ est coæquipollentia in dilectione latens, i. correbutio fm q̃qualitatẽ. D. Et qui diligũt se inuicem, volunt bona sibi inuicẽ fm spẽm dilectionis qua diligũt. Qui ergo diligunt pp vtilitatẽ, non volunt bonũ dilectionis pp dilectũ, sed vt bonum volitum contingat esse ex dilecto. ipsi ergo volunt bona quidem amato, eó q̃ ess bona. Similiter qui amant

A amant delectationum cauſa, amãt quidem vt cõcingant bona amicis ſuis, ꝓpter ſuam delectationẽ, econuerſo illis, qui ſe amant inuicẽ propter formam amati, quæ eſt virtus. Ideoq; dilectiões, quę ſunt propter delectans aut propter cõferens, ſunt dilectiões propter accidens. etenim diligitur quidem conferens & delectans: & ex quo acciderit conferenti & delectanti ꝙ ſint in hoc indiuiduo, diligitur hoc indiuiduum. D. Dilectiões autem, quę ſunt propter vtilitatem & delectationem, ſunt citæ diſſolutionis: eò ꝙ delectatio ci-

B to permutatur, & ſimiliter vtilitas. qñ ergo mutatur gratia cuius erat dilectio, mutatur & dilecto, cũ fuerit dilecto relatiua. D. Et dilectio, q̃ eſt propter vtile, eſt vt plurimum dilectio ſeniorum. etenim ſeniores non requirunt delectabilia, immo vt plurimum vtilia: eò quòd non amant concupiſcentias, & delectantur quidem plurimum in vtilibus. & ſm hunc modum eſt amicitia eorũ, qui ex adoleſcentibus & iuuenibus requirunt qd melius eſt & vtilius. Et qui ſunt ſm hanc diſpoſitionem, non conuiuunt ſibi inuicem

Præterea neq; leges ſcriptæ meliores ſunt, ſi ſunt immutabiles. vt enim in alijs artibus, ſic etiã circa ciuilem conſtitutionẽ impoſsibile ẽ ſingula † ad minimũ vſq; ſcriptis cõprehendere. neceſſe eſt enim, vt generaliſ ſcribantur: actiones aũt circa ſingularia fiunt. Ex his ergo videt, & quaſdã leges, et qñq; eſſe mutandas. Alio autem modo conſiderantibus, cauendum vidẽt eſſe maxime. cũ enim vtilitatis quidem acceſsio parua ſit, aſſueſcere vero facilè leges mutare improbandũ, conſtat errata quędã eſſe tolerãda, & legumlatorum & magiſtratuum. non enim tm proderit qui corrigere perget, quãtum nocebit aſſuefactio ſuperioribus nõ parendi. Mendax & de artibus exẽplũ. neq; enim ſimile eſt mutare artẽ atq; legẽ. nã lex nullã vim habet, vt ipſi pareatur, niſi ex more: moe autẽ non fit niſi tẽporis longitudine. quare facilitèr mutare leges ex præſentibus in alias nouas, infirmam facere eſt vim legis. Præterea ſi mutãdæ ſunt leges, vtrũ omnes & in omni republica, an non? & vtrum à quocunq;, aut quibuſdã? in his enim magna eſt dñia. Quapropter nũc quidem omittamus cõſiderationẽ hãc, nam aliorum eſt temporum. K

D

De Lacedæmoniorum republica.

Cap. 7.

DE Lacedæmoniorũ autẽ republica & Cretenſiũ, ferme aũt & de aliorum rebus publicis duo ſunt conſideranda. vnũ, ſi quid recte vel nõ recte ad optimã cõſtitutionem in illis ſit † ordinatũ: alterum, ſi quid ad ſuppoſitionẽ & modũ aduerſantis ab illis reipublicæ. Quòd igit neceſſariũ eſt in bene cõſtituenda repub. neceſſariorũ adeſſe facultatem, oẽs fatenẽ: ſed quẽadmodum id futurũ ſit, nõ facile eſt cõprehendere. nam & Peneſtiæ Theſſalorum multoties in ipſos Theſſalos inſurrexerunt. & Ilotes Lacedæmoniorũ nam in caſibus eorum aduerſis nunquam inſidiari deſtiterunt,

F † reipublicæ. al. ſanctum.

G Verum apud Cretenſes nihil ad huc tale accidit. cauſa forſitan ē, quia vicinæ ciuitates, quamuis inuicem bellum gerant, tamen earū nulla rebelles recipit. quoniā id non conducit, quando & ipſe a perieclos habent. At Lacedæmoniorum finitimi oēs inimici erant, Argiui, Meſſenij, & Archades. nā & Theſſalis abiniitio rebellarunt, dū cū finitimis Achæis & cum Perrhæbis & Magneſiis gererent bellū. Videtur autem & ſi nihil aliud, attamen

H hoc ipſum eſſe perdifficile, quēadmodum cū eis ſit conuerſandum. Nā ſi remiſſe erga illos te geras, ſuperbiunt illi quidē, ac ſe pares dominātib⁹ exiſtimāt: ſin aſpere tractenſ, inſidiantur, atq; odio habēt. patet igitur nō reperire optimū modū eos, qui bus iſta contingunt circa ſubiectos. Prætereā lenitas in mulieres & ad propoſitū reipublicæ nocet, & ad directionē ciuitatis. Vt enim domus pars ſunt vir et vxor, ita & ciuitatē bifariā diui

I di cenſendū eſt, in virorū multitudinē ac mulierū. quocirca in quacunq; republica male prouiſum eſt circa mulieres, in ea putandū eſt medietatē ciuitatis eē neglectam: quod ibi contingit. Volens enim legislator totā ciuitatē eſſe durā ac laborū patientem, in viris quidē id feciſſe cōſtat, in muligrib⁹ aūt nō feciſſe. viuūt enim molliter, ac in oēm licentiā diſſolutæ. Itaq; neceſſariū in tali republica diuitias haberi in precio: præſertim cū viri K ſint mulieribus obnoxij. quod accidit oſibus ferme militaribus bellicoſiſq; gētibus, præterquā Celtis, aut ſiqui alij coitum maſculorū palā receperunt. Videt autē qui primus fabulatus eſt, nō irrationabiliter Venerē Marticoniunxiſſe: quīn oēs huiuſcemodi homines proni ſunt ad uenerea, aut maſculorū, aut mulierum, illiſq; obnoxij. Itaq; apud Lacedæmonios hoc fuit, miſtaq; in eorū principatu à mulieribus administrabant. Fecerunt quid L refert, vtrū mulieres ipſæ gubernent, an eos qui gubernāt, à mulieribus gubernarentur? enim accidit. Cūq; inſolentia ad nullū obſequiū vtilis ſit, niſi forte ad bellum, maxime nociuæ ēt ad hoc ipſum Laconū mulieres erant. Patefecerunt hoc in Thebanorū aduentu. nō enim magis vtiles præſtiterūt ſe q̄ aliarū ciuitatū mulieres: ſed turbā inferebant: magis q̄ hoſtes. Ab initio ita M rōnabiliter cōtigiſſe Lacedæmonijs videt in mulieres indulgentia, cū per militiā multū domo abeſſent, Argiuis primo, mox Archadibus & Meſſenijs bellū inferentes. exercentes enim ſeipſos, legūlatori præſtabant aſſuefactos propter militarē vitam. multas enim continet virtutis partes. Mulieres autē ferturLicurgus deducere conatus ad leges: at vbi repugnabant, abſtinuiſſe. Cauſæ igitur factorū hæ ſunt: itaq; & huius peccati. Sed

nos

a. Laccdemonios ad. poſſeſſionis dominib⁹ finitimis.

A nos non id cõsideremus, cui venia danda sit vel non danda, sed rectũ ne sit an non rectum. Quę porro circa mulieres non bene se habent, videntur (vt diximus ante) non solum ipsa per se indecentiam quandam facere in republica, sed impellere quoq; ad cupiditatem pecunię. Post illa enim quæ nunc dicta sunt, tuentes inæqualem rerũ possessionẽ quis reprehendat? nã eorũ quibusdam hoc euenit, vt magnã nimiũ opulentiã haberent: alijs B vero vt penitus exiguã: quapropter ad paucos deuenerũt agri. hoc aũt ex eo accidit, quia male fuerat lege, puisum. emere enĩ, aut vendere quod habeas, fecit nõ honestũ. & recte id quidem. sed donare ac testamento relinquere concessit. atq; idem accidat necesse est, per hunc modũ & illũ. Sunt enim mulierum ferẽ ex quinq; partibus totius regionis duæ, multis hęredibꝰ institutis & traditione dotiũ magnarũ. atqui melius erat, aut nullam, aut paruã, aut mediocrẽ eã cõstitutã. nunc aũt licet donare ex testamẽto cuicunq;. & si nullo instituto hęrede decesserit, hic cui voluerit, dat. Ex quo factũ est, vt regio sufficiẽs mille & quingentos equites alere, peditũ vero triginta millia, ne mille quidẽ totos habeat. probauit autẽ res ipsa praue apud illos in hac parte fuisse prouisum: quã vna plaga fu cepta ciuitas ea corruit, nec vltra pertulit ob hominum pauciratẽ. Aiunt etiã per tempora priorũ regũ, nouos homines permultos donatos, ob numerũ ciuium, qui bello diminuti fuerant ad augendũ. & aiunt fuisse q̃nq; Spartiatis decem millia. & tamẽ siue sint ista vera, siue non sint, melius est per adæquationem possessionũ replere hominibus ciuitatẽ. Contraria etiam quodãmodo est huic prouisioni lex illa circa prolẽ. volens enim legumlator quãplurimos fore Spartiatas, inducit ad multitudinẽ procreãdam. Est enim lex, E qui tres genuerit filios, eum esse immunem à custodia: qui vero quatuor, immunẽ esse ab oĩb⁹. Atqui patet, q̃ si multi gignantur, regione sic distributa, necessariũ est multos fieri pauperes. At enim & quæ circa Ephoros constituta sunt, praue se habẽt. hic enim magistratus maximarum apud illos rerũ potestatem habet. sumuntur autẽ ex plebe oẽs: vt multoties contingat homines valde pauperes F hac potestate constitui, qui pp egestatem venales fiant. Ostẽderunt id & sæpe prius, & nũc in Andrũs. corrupti enim pecunia quidã, quantũ in se fuit totã rempublicam euerterunt: & pp eius magistratus & tyrãnidi p.æ ẽ, reges ipsos populares fieri compulerant, vt in hac quoq; parte respublica ęgrotaret. popularis enim status ex optimate resultauit. Cõtinet tã rempublicam magistratus iste.

G acquieſcit enim plebs ex eo q̃ maximi magiſtratus capax eſt. itaq; ſiue p̃ legislatorẽ, ſiue per fortunã euenit hic, veiliter ſe habet rebus. Oportet enim rempublicã, quæ diuturna ſit, velle, vt oẽs ciuitatis partes cõſtent aeq; in ſtatu ſuo permaneant. Reges ergo propter honorẽ ſuũ ita ſe habebunt. præſtantes autẽ viri p̃ſenatum: nã ea dignitas virtutis eſt præmiũ. plebs aũt propter ephoriã: nam conſtituitur ex omnibus. Sed oportebat hũc
H magiſtratũ ſumi quidẽ ex omnibus, non tñ per hunc modũ, per quẽ nũc fit. eſt enim nimiũ puerile. Præterea aũt & iudicandi de magnis rebus poteſtatem habent homines contingentes. itaq; melius foret non ſm̃ propriam mentem eos iudicare, ſed ſm̃ literas & leges. Et ẽt Ephororũ vita nequaquã conuenit̃ propoſito ciuitatis. nã Ephori quidem molliter viuunt, in cæteris autem ciuibus aſperitas eſt vitæ, vt nequeant homines illam
I perferre, ſed clam trãſgredientes legem voluptatibus fruantur. Senatorum quoq; poteſtas non recte apud illos cõſtituta eſt. nã q̃ ſint viri boni ac ſufficiẽter ad virtutem eruditi, dicet forſitan aliquis ciuitati cõducere. enimuero q̃ per omnẽ vitam magis de rebus decernẽdi poteſtatem habeant, periculoſum eſt: eſt enĩ vt corporiũ, ſic etiam & ciuitatis ſenectus. Per hunc autẽ modum eruditis, vt & legislator ipſe diffidat, tanquam nõ bonis K viris nequaquã tutum. Videntur autem hi, qui in hac poteſtate conſtituti ſunt, largiendi gratificãdiq; permulta facultatem habere. quapropter melius erat eos rõni reddendę ſubiectos eẽ: nunc aũt non ſunt. Videtur autẽ Ephororum magiſtratꝰ omnes. alios magiſtratus corrigere. in hoc aũt nimium certe illis permiſſum: & non per hunc modũ dicimus rõnẽ reddere oportere. Inſup̃ creatio ipſa ſenatorũ quã per ſuffragia faciũt, perleuis eſt. L ac ipſum petere magiſtratũ qui eligendus ſit, non recte ſe habet: oportet enim & volentẽ & non volentẽ ad magiſtratũ aſſumere, ſi dignus ſit eo magiſtratu. Nunc aũt idẽ facere in hoc vĩ legislator, quod in alia republica. ambitioſus enim faciens ciues, illis vtitur ad ſenatorũ delectũ. nemo enim magiſtratum petet, niſi honoris ſit affectator. atq; pleraq; eorũ quæ hoſtes iniuſte faciunt, per ambitionẽ & auariniã cõmittuntur. De regia vero M poteſtate, vtrũ melius ſit eã in ciuitatibus exiſtere nec ne, alia foret diſputatio. attamen meli⁹ (nõ vt nunc quidẽ) ſed pro vita cuiuscp regis iudicare. Quòd autem ne ipſe quidem legislator credit ſe facere bonos & honeſtos, manifeſtũ eſt. diffidit enim quaſi non ſint ad ſufficientiã boni viri. Itaq; legatos ſimul mittebant inimicos, ac ſaltẽ ciuitatis eſſe putabãt, ſeditiones regũ.

Non

A Non bene etiam circa comeſſa-
tiones, quæ illi Phiditia nomi-
nant, conſtitutum eſt ab initio.
Oportebat enim magis ex pu-
blico eſſe conuentũ, quẽadmo-
dum in Creta. ſed apud Lacedæ
monios vnuſquiſq; conferre ha
bet: & ſi ſunt quidam longe pau
perrimi, q̃ huiuſmodi ſumptũ
nequeant ſufferre. Ex quo fit, vt
legũlatori cõtrà eueniat q̃ ipſe
voluerit. Voluit enim ciuitatẽ
popularẽ facere per comeſſatio-
nes. ſed contrà accidit, cùm non
B ſit facile pauperibus comeſſatio
num participes eſſe. more enim
maiorũ ſic apud eos definitur,
vt qui comeſſationũ particeps
eſſe nequeat, is ad reipublicę gu
bernationem non admittatur.
Legẽ vero quæ eſt circa p̃fectos
claſsis, & alĩ q̃dã improbarũt:
& recte quidem improbantes.
eſt enim ſeditionis cauſa. nã cũ
reges ſint belli duces, prefectura
illa perpetua ferè alterũ eſt im-
periũ. Et ſic quoq; ſuppoſitio-
C ni legislatoris ſuccenſeri poteſt:
quod & Plato in legib⁹ ſuis cen
ſuit. Ad partẽ enim virtutis to-
tã ordinatio illarũ legũ conten-
dit, ſ. bellica: hæc autẽ vtilis ad
victoriã cõſequendã. Itaq; ſalui
erant bellũ gerentes, peribãt ve
ro vbi rerũ potiti eſſent: q̃m nec
otium agere, nec quicquã aliud
exercere ſciebant præſtabilius,
q̃ rem militarẽ. Illud quoq; erra
tum nõ ſane minus, q̃ putãt bo
na illa, quæ ad bellũ pertinẽt, ex
virtute magis q̃ ex vitio fieri.
& in hoc quidẽ recte. ſed q̃ hæc D
potiora q̃ virtutẽ ipſam putãt,
in hoc nõ recte. Male etiã circa
pecunias publicas apud Spartia
tas conſtitutũ eſt. quia neq; in
publico habent quicquã & ma
gna bella gerere coacti pecunias
ægre cõferunt. nã quia Spartia-
tarũ eſt plurimũ agri, nõ exami
nant inuicẽ collationes. & eue-
nit legumlatori contrà q̃ com-
modũ eſt, publice inopiam, pri-
uatim autaritiã inducere. De La-
cedæmoniorũ igitur republica
hactenus dictũ ſit. nã hæc ſunt, E
quæ maxime quis reprehẽdat.

De Cretenſium republica. Cap. 8.

CRetenſium vero reſpubli
ca huic finitima eſt. Ha-
bet autem quædam non
deterius, ſed plurima minus ni-
tide. Videtur autem et fertur La
cedæmoniorũ reſpublica in plu
ribus imitata Cretenſem. vetu-
ſta autẽ plerag; rudiora ſunt no
uis. Ferunt enim Lycurgũ poſt
dimiſſam Carilli regis tutelam,
cùm longo tempore peregrina- F
retur, in Creta plurimum fuiſſe
diuerſatum propter cognatio-
nem. erant enim Lyctij Lacedę-
moniorum coloni. ſuſceperant
autem ĩ qui in eam coloniã ve-
nerant, inſtituta legum, tunc in
antiquis habitatorib⁹ obtinen-
tia. quapropter et nunc Perioeci
eodem modo illis legibus vtun
tur, quomodo eas Minos conſti *accolæ.
tuit primus. Videtur autem hęc
inſula ad principatum Græciæ
eſſe nata, ac præclare ſita. cũcto

¶ nanq; imminet mari: cùm ferè Græci oēs circum mare sint positi. absest enim huic modicum à Peloponneso: illic vero ab Asiæ loco, qui circa Triopium est & Rhodum. Quare imperium maris obtinuit Minos, ac & insularum alias subegit, alias vero dudum incultas habitari fecit. tandem Siciliā aggressus, circa † Camerinā defunctus est. Habet autem conuenientiā Cretica institutio cū Laconica. Agricolturā exercent apud hos quidē Iloтæ, ‖ apud illos vero Periœci. Et comessationes sunt apud vtroſq;. & antiquitus nuncupabant Lacedæmonā nō Phiditia, sed Andria, quēadmodum Cretes. ex quo palam est inde prouenisse. Insuper autē & reipublicæ institutio. Ephori nanq; eandē vim habent, quā in Creta hi qui Cosmi appellantur: nisi q; Ephori quinq; sunt, Cosmi autē decem. Senatores autē patres sunt senatoribus, quos vocant Cretes cōsilium. Regia autē potestas fuit ¶ primo apud Cretas, postea illā sustulerunt, imperio in bello ad Cosmos translato. Concio autē omnibus cōis est, sed aliā nullā habet authoritatē, q̄n ea cōprobandi, quæ à senatoribus & Cosmis fuerit ante decreta. Quæ igitur de comessationibus constituta sunt, melius apud Cretas, q̄m apud Lacedæmonios habēt. Nā apud Lacedæmonios vnusquisq; cerēū quid in singula capita taxatū soluit: quod nisi faciat à republica lex repellit, vt prius diximus. at in Creta cōis est. ex cunctis enim quæ à terra proueniunt vel armentis, ex publicis, & his quæ afferūt Periœci, diuisio fit. vt pe vna ad Deorum cultū & ad publica oncra, pars ad comessationes deputet. at ita ex publico educant oēs, & mulieres, & pueros, & viros. Ad ‖ temperantiā autē cibi quasi vtilis sit, multa legislator philosopharus est, & de mulierū diuortijs, de earū cōgregatione ad viros, ne superfluā pariant multitudinē prospexit. quod vtrum prauc vel non prauc constituerit sit, aliud erit cōsiderandi tēpus. Sed q̄ circa comessationes melius prouisum sit apud Cretas, q̄n apud Lacedæmonios manifestū est. At circa Cosmos deterius, q̄n circa Ephoros. Quod.n. mali hēt Ephororū magistratꝰ, idē & in illis est, sumūtur enim quiuis. sed quod in his prodest reipublicæ, illic non est. Nā hic, quia ex oībus assumptio ē, particeps populus amplissimi ‖ magistratus, vult manere rempublicā: illic aūt non ex oībus sumunt Cosmi, sed ex quibusdā familijs, & senatores ex ijs q̄ Cosmi iā fuerūt. De quibus idē dici pōt, quod dē ijs quæ apud Lacedæmonios fiunt. Nā esse liberū magistratū atq; perpetuū, maiꝰ est munus q̄n dignitas eorū meretur. & non secundū legē scriptam iudicare, sed secundum q̄d sibi videt, periculosum est.

Quie-

A Quiescere autē plebem non participantē, nullum signū est bene constitutæ ciuitatis. Nec quicquā susceptionis est Cosmis quē admodum Ephoris: abeuntiq; per insulam longe à contendentibus. Medicina vero quā huic delicto adhibēt, ridicula est, nec ciuilis, sed † tyrannica. Sæpenumero enim aut collegę illorum, aut priuati homines insurgentes per seditionem Cosmos expellunt. Licet etiā Cosmis seipsos magistratu abdicare. enimuero hæc omnia præstabat lege fieri q̄ pro hominum voluntate: non enim secura est regula. Omniū vero deterrimū est, potentum depositio: quā tam sępe concitant, cùm sententias dare nolunt. per quā manifestum est habere eā institutionē aliquid reipublicæ, sed non esse rempublicā, at potentatū magis. Consueuerunt autē concitata plebe & amicis ad vnius arbitriū rem deferre, seditionesq; & prælia inter se miscere. At vero id quid differt ab eo, q̄ tandem ea ciuitas nō sit, dissoluta ciuili societate? Est aūt periculosus hic reipublicę status, si q̄ velint possintq; inuadere. sed, vt supra diximus, seruatur propter locū, quia oēs aduenas procul excludit. Ieaq; Periœci manent Cretēsibus. verum Ilotes persæpe à Lacedęmoniis defecere. non enim erat in Creta potēratus vllus externus: sed nuperrime bellum peregrinum irrupit in eā insulā, quod patefecit imbecillitatem legum suarū. De hac igitur republica hæc dixisse sufficiat. D

Superiorum reipublicarum cum pauca. Cap. 9.

Videtur etiā Carthaginensium respublica bene cōstituta, multaq; habere præter alias, quædā vero maxime similia Lacedæmoniis. Tres enim istæ respublicę quodā modo inter se proximę sunt, multūq; distant ab aliis, Cretica dico, & Laconica & Carthaginēsium: multaq; in ipsis prouisa sunt recte. E Signum aūt est reipublicę bene institutæ, q̄ populus in suo permaneat loco, neq; seditionē vllā (quod dictu dignū sit) vnquā fecit, neq; tyrannū. Continet aūt similia Lacedæmoniorū reipublicę, comessationes quidē sodalitiorū, Phiditias: centū autē & quatuor virorū potestas, Ephoris: præterq̄ q̄ non deterior. nā illi ex cōtingentibus sunt: hanc autē potestatem suscipiunt optimates. * Imperator vero & senatus conueniunt Lacedæmoniorum regibus & senibus. melius aūt q̄ imperatorē non secundū genus, neq; ex vili & præexcellenti magis eligunt q̄ secundū virtutē. nam qui magnā habēt potestatem, si ipsi nullius pretij sint, multū nocent, nocuērūtq; iam Lacedęmoniorum ciuitati. Plurima igitur reprehensorum propter transgressionē communia sunt omnibus antedictis. Sed quantū ad intentionē opti- F

G motũ attinet & reipublicę, quę-
dam ad populare ſtatum magis
declinant, quædã ad paucorum
potentiã. Nam referẽdi quidem
ad populũ aut nõ referendi ali-
qua, imperatores vnà cũ ſenatu
ẽſſi ſunt, ſi oẽa concordent. ſi nõ
cõcordent, populus ipſorũ dñs
eſt. quæcunq; aũt retulerint ma
giſtratus, de his nõ approbandi
modo illorũ ſententias poteſtas
permiſſa eſt populo, verum etiã
pro arbitrio cõſtituendi proui-
dendiq;, et cuiuis cõtradicere re
H latis illorũ licet: quod non eſt in
aliis rebus publicis. Quinquevi
ratum vero, qui multarũ ac ma
gnarũ rerum poteſtatẽ habet,
ab illis eligi, & centumuiratum
hos eligere qui eſt maximꝰ ma-
giſtratus, & hos longiori tpe q̃
alios imperiũ retinere, riã & per
functi magiſtratu imperant, &
deſignari ad magiſtratũ, ad pau
corũ potentiã ſpectat. Eſſe autẽ
ſine mercede, & ſine electione
quæ ſorte ſit, optimatiũ eſt po-
nendum, & ſiquid aliud tale. Iu
I dicia quoq; oſa à cunctis magi-
ſtratibus iudicari, & nõ ab aliis
alia, vt apud Lacedæmonios.
Tranſgreditur autẽ maxime ab
optimatibus ad paucorum po-
tentiã inſtitutio Carthaginien-
ſium ſed aliquã intelligentiã in
eo, quod ẽt multi comprobant.
non ſolum enim optimos, verũ
etiã ditiſſimos cenſent in magi-
ſtratibus eſſe ponendos: quaſi
impoſſe ſit qui egenus exiſtat, eũ
bene magiſtratum gerere, aut
quietẽ optare. Si igit ſumere di- K
uitẽ, paucorũ potentiæ eſt, per
virtutem aũt, optimatum: iſta
quædã fuerit ſpes tertia, p quam
cõſtituta ẽ apud Carthaginien-
ſes reſpublica. creant enim ma-
giſtratꝰ ad hæc duo reſpicientes,
& præſertim maximos, vt impe
ratores & duces bellorum. Pu-
tandum aũt eſt huiuſcemodi ex
ceſſum ab optimatibꝰ eſſe erro-
rem legis cõditoris: quẽ ab ini-
tio præuidiſſe valde neceſſariũ
fuit, vt optimi valerent quietẽ
agere, nec quicquã indecorũ fa- L
cere, non ſolũ in magiſtratu, ſed
ẽt in vita priuata. Quòd ſi inſpi
cere oportet ad opes gr̃a quie-
tis, prauum eſt maximos magi
ſtratus eſſe venales, imperiũ, &
belli ducatũ. hæc enim lex pre-
cioſas magis facit diuitias q̃ vir
tutes, ac ciuitatẽ tota ad ſtudiũ
pecuniarũ conuertit. Nam quic
quid apud ciuitatis principes ha
bẽt in precio, neceſſarium eſt &
aliorum ciuium opinionẽ ſubire
qui. vbi aũt non maxime hono-
ratur virtus, ibi non eſt poſſ ſir- M
mũ optimorũ eſſe in republica
ſtatũ. Aſſueſcere vero ad lucra
rationabile eſt, q̃ per largitio-
nem adipiſcunt dignitates. ab-
ſurdũ eſt enim ſi pauper quidẽ
aliquis, verum bonæ mentis lu
crari velit: improbior aũt non
velit, cùm ſumptus fecerit. Quo
circa, oportet eos, qui poſſunt
optime gerere magiſtratũ, aſſu-
mere ad magiſtratum, probabi
liusq; fuiſſet ſi author legis opu

lentiã

lentiam præstantium virorũ ab iecisset, ac eorũ qui in magistratu forẽt, quieti prospexisset. Pratum ẽt videri põt, plures magistratus ab vno hoste geri: qđ in honore est apud Carthaginienses. vnicũ. n. ab vno optime perficitur opus. hoc aũt vt fieret, prouidendũ fuit à legumlatore, neq; cogendũ eundem tibicinem esse atq; sutorẽ. Quare vbi non parua ẽ ciuitas, magis ciuile ẽ, vt plures sint participes magistratuũ, magistq; populare. communius. n. vt dixim⁹, & melius singula conficiuntur atq; celerius. Patet aũt hoc in bellicis rebus, & nauticis. in his. n. ambobus per oẽs (vt ita dixerim) trãsit imperare & parere. Sed cũm ad paucorum potẽtiam vergat respublica eorum, optime illud effugiunt, vt semper aliqua plebis pars dicetur ad oppida mittentes. per hoc. n. illi arbitrant accerte efficiũt, statum ciuitatis permanere. Sed hoc est fortunę opus. oportebat vero non p fortunã sine seditionibus esse, sed p legislatorẽ id fieri. nũc autem si diuisa fortuna incidat, & plebs à gubernatorib⁹ secedat, nullum est remedium legis ad quietem adhibitum. Lacedæmoniorum igitur, et Cretensiũ, & Carthaginiensium respublicæ, quæ merito habentur inligniores, in hunc modum se habent.

De republica Solonis, & variis institutoribus rerumplicarum. Cap. 10.

EOrum autem qui de republica aliquid tradiderũt, quidam nunquam versati sunt in gubernatione ciuitatis, sed in priuata vita ociosi vixerunt. de q bus si quid dignum relatu fuit, de ofsus ferẽ suprà diximus. Quidã aũt legislatores fuere, gubernaueruntq; vel in ꝓprijs ciuitatibus vel in alienis. Et horum quidã solum mõ legum authores fuere, quidam ẽt reipublicæ constituendę, veluti Licurgus & Solon. hi. n. leges et rempublicam condidere: Licurgus quidem Lacedæmonias, vt dictum est: Solon aũt Athenienses. Existimant autem quidam Solonem legislatorem fuisse præclarum. nã & paucorum potentiam sustulisse, quæ nimis intemperãs erat, & plebem à seruitute liberasse, ac statum popularem in patria constituisse, optimeq; rempublicam temperasse. nam esse cõsilium Areopagi paucorum gubernationis est: delectus vero magistratuum, optimatiũ: iudicia vero, populare. Sed videtur Solõ illa duo (cũ eẽnt prius) non sustulisse consilium Areopagi, et magistratuũ delectus: ac ꝓ populũ asseruisse. iudicijs ex ofsus constitutis. Quapropter quidam illi succẽsent, q̃ aleerũ dissoluerit, cũ authoritatẽ omnẽm ad iudiciũ traduxerit, qđ pes sotitionem est. nam cum hoc

G hoc inualuit, tanquam tyranno gratificãtes populo, in eum qui nunc eſt, popularem ſtatum, rempublicam redegerit. Ex conſilium Areopagi Ephialtes inhibuit, & Pericles. Iudicibus vero ſalaria Pericles induxit, ac p hũc modũ vnuſquiſq; eorũ q apud plebẽ poſſe voluerunt, populi vim augere perſeueranerunt, donec in iſtam quę nunc eſt, licentiã peruenit. Apparet autem hoc, nõ eã Solonis voluntate, ſed caſu euenisſe. Na-
H uali.n. potẽtia aduerſus Medos victor populus, maiora de ſeſe ſapere cœpit. & acceſſerunt patroni ſeditioſi contra bonos & modeſtos ciues, qui rẽpublicã gubernabant. cũm videat quidem Solon eã quæ maxime neceſſaria fuit, poteſtatẽ populo tradidiſſe, vt magiſtratus crearet, et malefacta corrigeret. niſi n. populus hãc habeat poteſtatẽ, ſeruus erit & inimicꝰ. At magiſtratus oẽs cõſtituit ex nobilibus ac locupletibꝰ, ex cẽſu quin-
I gentorũ modiorũ, et iugerũ: tertiũ ex equitibus: quartũ ex opificibus ſordidis, quibus nullũ magiſtratus aſſ: quẽdi ius erat. Fuerunt etiam legum poſitores Zaleucus apud Locros occidentales, & Charondas Catanienſis ciuibus ſuis, cæteriſq; ciuitatibus Calcidicis, quæ ſunt circa Italiam & Siciliam. Tentant vero q̃dã inducere quaſi Onomacritus fuerit primus legum ferendarum peritus. hunc vero exercitatum in Creta, cũm eſſet K Locrus. profectum autem per artem diuinationis, ei familiarem fuiſſe Thaletem. Thaletis autem auditores fuiſſe Licurgum & Zaleucum: Zaleuci autem Charondam. ſed qui iſta dicunt, tempora non ſuppurant. Fuit etiã Philolaus Corinthius legumlator Thebanis. Erat autem Philolaus ex familia Bacchiadum, amicus vero Dioclis, qui in Olympũs vicit. ſed vbi ille ciuitatem deſeruit, commotus ob amorẽ matris Alcyones, L Thebas migrauit. atque ibi ambo defuncti ſunt, mõſtranturq; etiam nunc illorum ſepulchra, quę ab inuicem facile ſpectant. verum ita cõſtituta, vt ex Dioclis quidem ſepulchro non ſit proſpectus in Corinthium agrũ ob animi infectionem: ex Philolai autem ſit proſpectus. Habitarunt igitur ob huiuſmodi cauſam apud Thebanos, legesq; illis Philolaus deſcripſit, & de alijs quibuſdam, & de ſobole procreanda, quas illi leges proles M rias appellant. Et hoc eſt præcipue ab illo prouiſum, vt numerus hæreditatum conſeruetur. Charondæ autem nihil eſt proprium, niſi iudicia falſorum teſtiũ. Primus enim de his legem poſuit: diligentia autem & claritate etiam elegãtior quàm hi qui nunc ſunt legum conditores. Philolai proprium eſt patrimoniorum diſparitas. Platonis autem mulierum & natorum

rum & patrimoniorum cõmunitas, & conuiuationes fœminarum, & præterea lex circa ebrietatem, vt reges conuiuiorum ſobrij ſint. & in rebus bellicis exercitatio, per quam ambidextri fiant: cũ oporteat non alteram manum vtilem, alteram inutilem habere. Draconis quoque leges ſunt. ſed iam conſtituta Republica leges tulit. Proprium autem Draconis eſt nihil quod ſit memoria dignum, niſi rigiditas ob magnitudinẽ pœnarum. Fuit quoque Pittacus legum conditor, ſed non in Republica verſatus. Lex eſt propria illius, ebrios ſi quem pulſauerint maiori pœna damnari, quàm ſi ſobrij feciſſent. quòd enim plures delinquunt ebrij quàm ſobrij, non ad id reſpexit, q̃ magis eſſe debeat ebrijs venia, ſed ad vtilitatem. Fuit etiã Androdamas regius legum cõditor Chalcidenſibus, qui ſunt in Thracia, de homicidio & hereditatibus. nihil tamen huius proprium referre quis poſſit.

De his ergo rebus publicis, quæ principales ſunt, & de his quæ ſunt ab aliquibus ſcriptæ, in hunc modum cognouiſſe ſufficiat.

ARISTOTELIS POLITICORVM

LIBER TERTIVS.

SVMMA LIBRI.

De ciuitate, ciue, rerumpublicarum ſpeciebus, dominatore ciuitatis, viris earũ cõſtitutionibus, vtilis viri virtute ſuperexcellente, ac regia gubernatione.

De ciuitate, & ciue, quid ſit vtrunque. de ciuitate donatis, de magiſtratibus, de iuſte & iniuſte ciuibus. Cap. 1.

Vi de republica cõſiderat, quę ſit vna quęq; & qualis, ſere prima illa conſideratio occurrit, videre quid ſit ciuitas. Nã ea nonnunquam in controuerſiam venit, cùm alij dicant à ciuitate factum, alij non à ciuitate, ſed à potentibus quibuſdam, vel à tyranno. * gubernatoris autem reipublicæ ac legum poſitoris totum negocium verſari videmus circa ciuitatem. Eſt autem reſpublica, eorum qui in ciuitate degunt, inſtitutio quędam. Cùm vero ſit ciuitas compoſitum quiddã, quemadmodum alia tota ex pluribus partibus conſiſtentia, manifeſtum eſt primo de ciue eſſe perquirẽdum. nam ciuitas eſt ciuium multitudo quædam. Quare & quem oporteat ciuem vocari, & qui ſit ciuis, eſt conſiderandum

G endum: nã & de ciue ſæpe con
tenditur, nec eundem oēs eſſe fa
tentur ciuem: & qui in popula-
ri ciuitate ciuis eſt, perſæpe in
paucorum gubernatione non
erit ciuis. Sicut igit̃ qui alio quo-
dam modo appellationem for-
tiuntur, ceu eos qui in ciuitate
donati ſunt, omnitam[o]. Nec ha-
bitatio ciuem facit. nã iſto mo-
do † peregrini qui circa nos ha-
bitant, & ſerui ciues eſſent. Nec
rurſus qui fori ac iudicij ius ha-
bent. nã hoc exiſtit ẽt illis qui ſi
H mul contrahunt, cùm per con-
tractum forũ fortiantur. quan-
quam multis in locis peregrini
ne id quidẽ perfecte habeãt, ſed
neceſſe eſt vt patronũ accipiãt.
Ex quo fit vt imperfecte quo-
dam modo ſint fori iudiciorũ
participes: ſed vt pueri nondũ
ætate perfecti, & ſenes ob ætatẽ
à muneribus publicis vacãtes,
non ſimplr ciues dicendi ſunt,
ſed quodã modo ciues. At nos
quærimus eum, qui ſimpliciter
ciuis dicatur, nec habeat aliquã
I adiũctionem quæ reſtringat &
corrigat: cum & de infamibus
& de exulibus eodem modo vt
ſuprà dubitari, & reſpõderi po-
teſt. Ciuis ſimpliciter nulla alia
re definitur magis, q̃ participa
tione poteſtatis publicæ iudicã
magiſtra di & decernẽdi. † Poteſtates au
us. tem, aliæ ſunt determinatæ ſm
tempus, ita vt non liceat inter-
dũ, nec ſemel eandem habere,
aut per alia tẽporum ſpatia.
aliæ ſunt indeterminatę, ceu il-
lius qui in concione deliberat, K
& qui iudicat: quanquam for-
taſſe diceret aliquis, tales non
eſſe in poteſtate cõſtitutos. At
qui ridiculum foret, qui de ma
ximis rebus deliberãt & decer-
nunt. eos poteſtatem dicere nõ
habere. Sed nihil referat, cùm
de nomine ſit quæſtio. eſt enim
abſq; nomine publica poteſtas
iudicantis decernentisq; in cõ-
cione: ſed ſit definitionis gratia
indeterminata poteſtas. Ponã-
mus autẽ eos eſſe ciues, qui hã-
ius poteſtatis vnà cum alijs par L
ticipes ſunt. maxime igitur pro
prie ciuis, ſuper oẽs alios qui ci
ues dicuntur, ferè talis eſt. Nec
latere nos debet, q̃ rebus, quã-
rum ſubiecta differunt ſpecie,
& aliud eorum eſt primũ, aliud
ſecũm, aliud cõſequẽs, aut om-
nino nihil eſt (quà talia ſunt)
commune, aut vix. Reſpubli-
cas autẽ videmus ſpecie differ-
re, & alias eſſe poſteriores, alias
priores. Quæ. n. aberrauerũt ac
prolapſæ ſunt, neceſſe eſt vt po- M
ſteriores ſint integris & ſcorru-
ptis. quõ aũt dicamus eas labi,
poſtea patebit. Quare ciuẽ quo
que eſſe alium atq; aliũ, neceſſe
eſt ſm differentiã rerumpubli-
carum: Itaq; ille, de quo dixi-
mus, in populari quidem ſtatu
maxie eſt ciuis: in alijs vero ſpe
ciebus eſſe quidem poteſt, non
tñ neceſſe eſt. In quibuſdã. n. ci-
uitatibus nec populus eſt, neq;
cõcionis vſus, ſed ſenatum ha-
bẽt & iudicia. vt apud Lacedę-

mo-

A monios de cõtractibus cognoſcunt hi, qui Ephori nuncupãtur, alij alios. de eode aũt ſenat⁹, & forſan alius magiſtratus de alijs. eodemq; mõ apud Carthaginẽſes, de oĩbus quidẽ cauſis magiſtratus quidã cognoſcunt. Sed recipit correctionẽ quandã definitio ciuis, q̃ in alijs rebus publicis non eſt indeterminata illa poteſtas, q̃ in concione decernit & iudicat, ſed determinata ſm iuriſditionem. horum. n. aut omnibus, aut quibuſdam
B conceſſum eſt deliberare ac iudicare, vel de oĩbus vel de quibuſdã. Quis igitur ſit ciuis, ex his patet. Cui enim habilitas eſt participandi poteſtatis publicę deliberatiuę et iudiciarię, hunc ciuem eſſe dicimus eius ciuitatis: ciuitatẽ vero talium multitudinem, q̃ ipſa per ſe ſufficiens ſit, vt ſimpliciter dixerim, ad viuendũ. Conſueuerunt aũt eum ẽt dicere ciuem, qui ex duobus ciuibus ortus ſit, & non ex altero ſolum, ceu ex patre et matre. alij
C vero magis vltra requirũt, ceu auos & proauos vel plures. His itaq; definitis ciuiliter et ſuccincte, dubitant quidã, tertius ille aut quartus, quomodo erit ciuis. Gorgias quidem Leõtinus partim dubitans fortaſſe, partim ludens, inquit: Quẽadmodũ mortaria ſunt illa q̃ã factoribus mortariorũ fiunt, ſic Lariſſæos eſſe q; ab artificibus eorũ fiunt, eſſe nanq; aliquos Lariſſæorum factores. Eſt autem ſimplex. ſi enim participarent D adminiſtratiõis reipublicæ ſm determinationem iam dictam, eſſent vtiq; ciues. Etenim neq; poſſibile congruere definitionẽ illam primis conditoribus aut habitatoribus, vtex patre matreq; ciuibus ſint exorti. Sed forſan de eo magis dubitari p̃t, cũ facta mutatione recipiuntur q̃dã ad cõmunionẽ reipublicæ, quemadmodum Athenis fecit Cliſthenes, poſt tyrannorũ ejectionẽ. cõplures enim in tribus deſcripſit, peregrinos, et ſeruos, E et inquilinos, de quibus dubitari p̃t nõ qui ciuis, ſed an iuſte vel iniuſte. Atq; de eo inſuper quis dubitabit. an ſi nõ iuſte ciuis, ne ciuis ſit: quaſi idẽ valeat iniuſtus & falſus. Sed cũ videamus quoſdã iniuſte ſe in magiſtratibus gerere, quos tñ magiſtratus eſſe dicimus, ſed nequaquam iuſte: ciuis autem poteſtate quadam definitus ſit: (nã q̃ particeps eſt talis poteſtatis, eſt ciuis, vt diximus:) patet q̃ hos quoq; ciues eſſe dicendum F eſt. Iuſte aũt vel iniuſte, pertinet ad primam illam qõnẽ, in qua quæritur numquid à ciuitate factum ſit, vel non à ciuitate. ceu cũm ex paucorum potentia vel tyrannide, ad popularem ſtatũ ſit mutatio. Tunc. n. neq; mutuatam pecuniã ſoluere quidã volunt, quaſi non ciuitas eã ſuſcipiat, ſed tyrannus: nec alia hmõi per multa, quaſi reſpublica vi ac victoria conſtet, nõ publica

G bilea vtilitate. Si igitur ꝓ hunc modū, quandū in populari ſtatu ſiunt, eſſe ſimiliter dicendum eſt huius ciuitatis actā, & pauperum potentiæ & tyrannidis.

Quo pacto ciuitates, eædem, vel nō eædem dicere debeamus. Cap. 2.

Videtur autē proprius huius quæſtiōis locus, quo modo aliquā dicimus ciuitatem eſſe eandē & non eandē, ſed aliam. Potiſſime igitur inueſtigatio dubitatiōis huius eſt circa locū, & homines. fieri H enim pōt, vt ſeparetur locus & hoſtes, & alios alibi habitare. Sꝫ hęc ieuior eſt dubitatio. nam cū multipliciter dicatur ciuitas, ꝓ facilis eſt hmōi quæſtio. Similiter quoq; eorū q eundē inhabitāt locū, quoad dicendū ſit vnā eē ciuitatē: nō. n. mœnib⁹ id definiē. liceret. n. Peloponeſum tota vnis mœnib⁹ circūdari. talis fortaſſe eſt Babylon, q̄ capta cū eſſet ab hoſtibus, ſerūt partē aliquam eius ciuitatis tertia die I nondum aliquid ſenſiſſe. ſimiliter & quęcūq; alia magis habet circunſcriptionem gentis quā ciuitatis. Sed huius quæſtionis alio loco vtilis erit cōſideratio. nam de magnitudine ciuitatis, et quantam eſſe vtile ſit, et vtrū vnam vel plures, latere nō debet ciuilem hominē. At manentibus eiſdem habitatoribus eodem loco, vtrum quoad ſit idē genus habitantium eandem eſſe ciuitatem dicēndum ſit, quātuis ſemp alij intereant alij oriantur, vt & flumina ſolemus ea- K dem dicere, & fontes eoſdem, quamuis ſemper vnda noua ſuperueniat ac defluat. An hoſtes dicendū ſit eoſdem eſſe pp eandem cauſam, ſed ciuitatē aliā. Nam ſi ciuitas eſt ſocietas quædam (ſocietas aūt ciuium) variata reipublicæ gubernādę forma, & alia effecta, neceſſarium vtiq; videretur, ciuitatem quoque nō eandē permanere. vt & chorū aliū eſſe dicimus dū tragicus eſt, q̄ dū comicus: & ſi idem ſint hoſtes. eodemq; itē mo- L do, oēm aliā ſocietatem & cōpoſitionem, ſi ſpecies compoſitionis alia fiat: ceu harmoniā earundem vocū aliā eſſe dicimus, & modo Doricā, nō Phrygiā vocitamus. Id ſi ita eſt, patet ꝙ maxime dicendum eſt eandem ciuitatē, ad rem publicam reſpicientes. nomine aūt vocari alio, aut eodem licet, eiſdē habitanti- * Paſſum deſiderat re, aut habitat. bus eandē, vel alijs penitus hominibus. Vtrū aūt iuſtū ſit* reddere pecuniā mutuo ſumptam, M mutata reipublicę gubernandę ſpē, an ſi iuſtū, alia ē dubitatio.

De virtute abſolute viri boni, & boni ciuis, nū ſit eadem an altera. De virtute ciuis qui præeſt, & qui paret. An optimi ſint dicendi ciues. Cap. 3.

His vero ꝺ̄ nīc dicta ſunt, conſequēs ē videre, vtrū eadē ſit virtus boni viri, & boni ciuis, an nō eadem. Atque ſi hoc eſt perquirēdū, prius de virtute ciuis ſub compēdio conſiderare oportet. Vt igitur

nauta

A nauta vnus aliquis eſt eorum, qui ſunt in cõi ſocietate, ita & ciuem dicimus. Nautarum vero, quanquam diſſimiles ſint ſm potentiam (nam alter eſt remex, alter gubernator, alter proram dirigens, alter alteram hmõi appellationẽ habens) patet q̃ expreſſiſſimus vniuſcuiuſq; ſermo⁹ proprius erit illius virtutis. Similiter aũt & cõmune quiddã conuenit oſibus. ſalus .n. & conſeruatio nauigantium, cõe eſt oſum opus: ad hoc
B n. vnuſquiſq; eorum intendit. ſic igitur & ciuibus, licet diſſimiles ſint, opus eſt conſeruatio cõis ſocietatis: ſocietas vero eſt reſpublica, quapropter neceſſe eſt virtutem eſſe ciuis ad rẽpublicam. Si quidẽ igitur plures ſunt rerumpublicarum ſpecies, patet non eſſe recipiendũ. vt ſtudioſi ciuis vna ſit virtus, eaq; perfecta. at viri boni perfecta eſt virtus. Quòd igitur fieri poſſit, vt ciuis ſtudioſus nõ poſ
C ſideat virtutẽ illam, per quã dr̃ vir bonus, manifeſtũ eſt. Quin ẽt & alio modo inquirentibus, peruenire licet ad eam dẽ rõnem circa optimã rempublicam. Nã ſi impoſſibile eſt ex oſibus ſtudioſis eſſe ciuitatẽ: & oportet ſingulos opus ſuum benefacere: hoc autẽ à virtute: ſit vero. Impoſſibile ſimiles eſſe ciues oẽs. nequaquam vna eſſet virtus ciuis & viri boni. Nam virtutẽ ſtudioſi ciuis oſibus eẽ oportet: ſic.n. optima foret ciuitas vtiq;. at viri boni virtutẽ impoſſibi- D
le eſt oſibus eſſe: niſi neceſſariũ ſit in ſtudioſa ciuitate ciues vẽ eſſe viros bonos. Præterea cum ex diſſimilibus conſtet ciuitas, vt animal ex anima & corpore: anima vero ipſa ex ratiõe & appetitu, & domus ex viro et vxore, et acquiſitio ex dominio & ſeruo: eodẽ modo cum ciuitas ex his oſibus: ac præterea ex alijs diſſimilibus conſtet ſpeciebus, neceſſe eſt non vnã eſſe ciuium omnium virtutẽ. quẽadmodũ
E nec chorum agentiũ, ſupremi & aſſiſtentis. q̃ igit̃ non eadem ſimplr̃ ex his patet. Sed an erit alicui⁹ eadẽ virtus ciuis ſtudioſi & viri boni? Dicimus vtiq; ſtudioſum in magiſtratu, bonũ eſſe atq; prudentẽ: ciuilem autem hoſtem neceſſarium eſt eſſe prudentẽ. & ſtatim aliã eẽ diſciplinã præſidentis ⁹aiunt quidã: ⁹ magiſtra
vt patet in regum filijs, qui ad equeſtrem bellicãq; diſciplinã ſ tus.
adoleſcentia erudiunt̃. et Euri- „
F pides inquit, Nõ mihi ſpecioſa, ſed ea quorum ciuitas indiget. tanquã ſit præſidentis diſciplina quędã. Si aũt eſt eadem virtus præſidentis boni, ac viri boni: ciuis aũt eſt & qui regitur: non eadẽ virtus ſimpliciter eẽt ciuis et viri boni, ſed tñ cuiuſdã ciuis. non .n. eadẽ virtus eſt cius q̃ ꝓſidet, & ciuis. Et ob hoc forſan Iaſon inquit, grauiter ſerre, ſi nõ regnaret, quaſi neſciret priuatus eẽ. Sed nihilo min⁹ laudãdũ ẽ poſſe ſperare, et pareret:

ac

G ac preclari ciuis virtus est posse præesse, & subesse laudabiliter. Si ergo virtutem boni viri posuimus præsidentē, ciuis autem vtranq; : non vtiq; fuerint ambæ similiter laude dignę. Cū ergo aliqū videatur vtraq;, sed nō eadē, cum qui imperat & eū qui paret, addiscere debere : ciuem aūt vtraq; scire, & participare ambarum : quid sequatur deprehendere quis pōt. Est.n. ſ fidentia dominatiua. hac vero in his quę necessaria vocamē scire facere, nequaquā necessariū H est eū q; præsidet, sed vti magis. alterum vero seruile est: dico autē alterum, posse exhibere mini steria. Seruorū aūt species plures esse dicimus, cum sine ministeria plura: quorū partē vnam obtinent manuales. hi sunt, vt nomen significat, qui ex manibus viuunt, in quibus sunt opifices. Quapropter apud quosdā antiquitus hmōi hoſes excludebātur à reipublicæ honoribus, anteq; populus extremus fieret. I Hęc igit opificia eorum qui ita subsunt, neq; rectorem discere oportet, neq; eū qui in republica versatur, neq; bonū ciuem : nisi fortasse q̄q; sui ipsi⁹ priuatim gr̄a. Non.n. amplius cōtingeret esse alterū dñm, alterū seruum: sed est præsidentia q̄dam, p quā præest similibus genere, & liberis hominibus. et hanc dicimus esse ciuilem præsidentiam, quā eum qui præest didicisse parendo oportet: ceu p̄fectum equitum esse, cū ipse prius sub alio K esset: & exercitū ducere. cū ipse prius in exercitu per inferiores militiæ gradus ductus sit. Quāobrem recte dī, neminem bene imperare posse, qui non pri⁹ sub imperio fuerit. Sed horū diuersa est virtus. & oportet bonū ciuē scire ac posse præesse & subesse. et hęc virtus ciuis, scire recte se habere in vtraq; parte. & boni viri vtraq;. quanquā alia est species eius temperantię & iustitiæ q̄ p̄sert. nam eius qui subest ac liber est, non vna profecto fuerit virtus ac boni viri. L vtputa iustitia alias species habet cū præest, alias cum subest. Quēadmodum viri et mulieris alia tēperantia, & fortitudo. nā videretur vtiq; timidus ē vir, si ita fortis esset, vt fœmina fortis: & mulier inhonesta videretur, si sic honesta foret, vt vir honestus. administratio quoq; domus, alia mulieris, alia viri. nam viri est acquirere, mulieris seruare. Prudētia vero propria virtus est p̄sidentis. nam cęteræ quidem virtutes videntur communes, tā eorum qui præsunt, q̄ eorum qui subsunt: at prudentia non est virtus eius qui subsit. sed opinio vera. qui enim subest, vt is est qui fistulā facit: qui vero præest, vt is qui vtitur fistula. Vtrum igitur eadem sit virtus viri boni, et ciuis studiosi, vel alia, & quomodo eadem, & quomodo alia, ex his patet. M

Restat

A Reſtat adhuc vna dubitatio circa ciuẽ: vtrũ reuera ciuis ſit is ſolum, cui participatio eſt publicę poteſtatis, an opifices etiã ac mercenarij ſint ciues nuncupãdi. Nã ſi ponamus hos quoq; eẽ ciues, q magiſtratuũ ſint expertes, nequaquã poſſibile eſt vniuſcuiuſq; ciuis talẽ eſſe virtutẽ. ſi vero nullus horũ eſt ciuis, in qua parte ſunt hmõi homines reponendi? neq; n. in eorũ miniſtrorũ loco qui nobiſcũ habitãt, neq; rurſus vt peregri-
B ni. An ſm hanc rõnẽ nihil dicem⁹ euenire abſurdũ. neq; n. ſeruũ ſuprà dictorum quicquã, neq; liberti. Illud aũt verum, q non oẽs illi dicendi ſunt ciues, ſine quibus ciuitas eſſe non põt: cũ neq; pueri ita ciues ſunt, vt viri. ſed hi quidẽ ſimplr, illi vero ex ſuppoſitiõe. ciues. n. ſunt, ſed imperfecti. Vetuſtis quidẽ tẽporibus apud quoſdam opifices erãt ſerui, aut peregrini. qua propter ẽt nunc plerique tales ſunt. Optima quidem ciuitas
C nunquam opificem faciet ciuẽ. q; ſi hi ciues, ciuis autẽ virtus, quam diximus, dicendũ eſt nõ eſſe cuiuſq; ciuis, neq; liberi modo, ſed eorũ qui à miniſterijs neceſſarijs ſunt alieni. neceſſaria vero qui vni miniſtrat ſeruus eſt: qui autẽ publice viles et ſordidi. Patebit aũt hinc parũ adhuc conſiderantibus, quẽadmodum in his res ſe habeat. hoc. n. q̃d diximus, id oſtendit. Cũ. n. plures ſint rerumpublicarũ ſpecies, plures quoq; ſpecies ciuium ſint neceſſe eſt, ac maxime eorum ciuium qui ſubſunt. Itaque in quadam republica opifices & ſordidi ciues erunt: in quibuſdam vero impoſſibile eſt vt ciues ſint: puta in optimatũ gubernatione, ſi qua illa eſt, in qua ſm virtutem dantur honores, & ſm dignitatem. neq; n. virtutem exercere põt qui vilibus opificibus occupat⁹ eſt. In paucorum quoq; gubernatione tenues homines ad rempublicam E non recipiuntur: ex magno. n. cenſu ad honores reipublicæ peruenitur. Artifices tñ ad hãc ſpeciẽ peruenire poſſunt, & ſi ſordidi ſint: qm̃ plerunq; diuitijs abundant. Apud Thebanos lex fuit, vt nemo habilis eſſet ad honores reipublicæ ſuſcipiendos, niſi decẽ annis à mercatura deſtitiſſet. In multis autem rebus publicis attrahuntur lege ad ciuitatem ẽt peregrini. Eſt ẽt lex in quibuſdam ciuitatibus, vt F ſatis ſit ex matre ciue eſſe genitum. & eodẽ pacto ſpurios multæ recipiunt: atq; propter defectum legitimorũ ciuium tales ciues faciunt. paucitate. n. hominum inducti, his vtunt legibus. q; ſi abundent multitudine, paulatim excludunt, primo libertini generis homines, deinde eos qui ex matre ſolũmodo ciues ſint: tandem non niſi ex vtroq; parente natos ciues, pro ciuibus habent. Quõd igit plures ſint ſpecies ciuium, ex his

G paret: & q̄ maxime dī ciuis ille, qui habilis ſit ad honores ſuſcipiēdos, vt Homerus inquit. ſed vbi id occultū ē ex deceptione habitatorū, tanquā inhonoratū quendā repetitū, repellunt. vt inquilinus.n. eſt et aduena, q̄ honores capere non p̄ōt. Vtrū igitur alia, an eadem virtus ſit, p̄ quā eſt vir bonus et ciuis ſtudioſus, patet ex ſupra dictis, q̄ euiuſdam ciuitatis idē, cuiuſdā vero alius, & ille non oīs, ſed q̄ præeſt reipublicæ, & poteſtatē
H habet, aut ſolus, aut cum alijs gubernationem exercens.

Quid ſit reſpublica, & ipſius finis. Quot ſint imperij in re familiari modi. Quid reſpublica recta, quid ne lapſa. Cap. 4.

HIs ita determinatis, vidē dum iam eſt, vtrum vna ſit ponenda reſpublica, an plures. Et ſi plures, quæ, & quot, et quęnam dīrīq̄ earū ſint. Eſt aūt reſpublica ordinatio ciuitatis et circa magiſtrat⁹ alios, & maxime circa id q̄d ſummā
I in ciuitate habeat authoritatē, & ſi ſit principaliſſimū. Principaliſſimum aūt eſt id, q̄d vnūq̄q̄ gubernat & regit ciuitatē: ceu in populari quidē populus, in paucorum vero potētia pauci. Dicimus aūt & rempublicam aliam eſſe ab iſtis, eodemq̄ mō dicemus de alijs. Supponendū eſt primo, cuius gratia ciuitas ſit conſtituta, & quot ſint gubernandi ſpecieꝫ circa hominē, & circa vitæ ſocietatem. In ſuperioribus libris, vbi de gubernatione rei domeſticę, ac de domino et ſeruo determinauim⁹, dictum eſt, natura eſſe hominē ciuile animal ac ſociale. Ex quo fit vt ſi ēt nihil indigeant mutuo auxilio, nihilomin⁹ affectēt vitæ ſocietatem. quinetiam & cōis vtilitas coniungit eos, in-
K quantū cōfert ſingulis partem bene viuendi. maxime igitur hic eſt finis & publice oībus, & priuatim. Congreganſ ēt ipſius vitæ grā. forſan.n. ineſt ſibi aliqua particula honeſti, & cōti-
L net ciuilē ſocietatem, ēt viuendi gratia ſolum, ſi non moleſtiæ in vita admodū exuperent. Patet aūt q̄ tolerant hoīes multa aſpera, propter viuendi cupiditatem, vt exiſtente in eo quadā proſperitate, & naturali dulcedine. Atqui et mōdos ſperī faci le eſt diuidere, cū ſæpe ſit de his á nobis in externis ſermonibus determinatum. Dominatio.n. licet reuera vtilis exiſtat natura ſeruo, & natura dño, nihilomi-
M nus imperat pro dñii vtilitate, pro vtilitate aūt ſerui cōtingenter. neq̄.n. fieri p̄ōt, vt ſeruo deficiente ſeruet dominatio. Filiorū vero imperium, & vxoris, & domus totius, quā vocamus rei familiaris gubernationem, aut gratia eſt eorum qui gubernantur, aut gratia alicuius, q̄d ſit vtriſq̄ commune. Gratia eorū qui gubernant, vt videmus & alias artes, ceu medicinam & gymnaſticam illorū quibus

impe-

A mperatur, vtilitatem quęrere: contingẽter ũi & eorũ qui prę-cipiunt, eſſe põt. nihil quippe vetat, magiſtrũ ipſum gymna-ſiũ eſſe vnum eorum qui exercẽ-tur, quemadmodũ gubernator ſemper eſt vnus ex his qui ſunt in naui. Magiſter igit gymna-ſiũ et gubernator cõſiderãt ſemp eorũ vtilitatẽ quos gubernant. ſed qñ horũ vnus eſt, p accidẽs ipſe quoq; ſuſcipit vtilitatẽ, hic quidẽ nauta, ille aũt vnus eorũ q gymnaſio exercent. Quapp B quilia quoq; imperia, cum ſint ſm equalitatẽ ciuium conſtitu-ta, & ſm paritatẽ, viciſſim exi-gunt ea gerere, quã natura fert. deſentes ſuicẽ munera ſubire, et cõſiderare viciſſim quoddã il-lius bonum, quẽadmodum ille prius dum preſſet, conſidera-uit vtilitatẽ iſtius. nunc aũt ra-tiõe cõmodorũ ex reipubli. gu-bernatione prouenientium, vo lunt continuo in poteſtate eſſe, velut ſi ſemp contingeret magi ſtratũ gerentibus ex valetudi- C narijs ante, ſanos degere: nã for ſan ita magiſtratus amplecterẽ-tur. Conſtat igitur q, quęcunq; reſpublicæ ad cõem vtilitatem intendũt, hę certe rectę ſunt ſm ſimpliciter iuſtum: quæcunq; vero ad propriã eorũ qui præ-ſunt vtilitatem ſolum, aberrãt quidem, ſuntq; oẽs rectarum re rumpublicarũ tranſgreſſiones & labes. gubernantur .n. quaſi à dominis: ciuitas autem eſt li-berorum ſocietas.

De diuiſione & deſinitionibus rerumpu-blicarum, & de earum tranſgreſ-ſione. Cap. 5. D

Hiis determinatis, conſe-quẽs eſt reſpublicas cõſi derare quot ſunt & q. et primo qdẽ eas q ſunt rectæ: nã labes earũ ex illis pateſcunt. Cũ vero gubernatio ciuitatis & re gimẽ idẽ ſignificẽt: regimẽ aũt eſt poteſtas ciuitatis: neceſſe eſt poteſtatẽ hmõi aut penes vnũ eẽ, aut penes paucos, aut penes multos. Qñ igit vnus, vel pau-ci, vel multi eõem vtilitatẽ i gu E bernatiõe ſequunt, has eſſe re-ctas rerũpublicarũ ſpẽs neceſſe eſt. qñ aũt ad propriã vtilitatẽ vel vnius, vel paucorũ, vel mul titudinis gubernat, trãſgreſſio-nes ſunt & labes. Aut.n. dicen-dũ eſt nõ eſſe ciues, aut ad parti cipationẽ vtilitatis ſunt recipi-endi. Vocare aũt cõſueuim⁹, cũ vnus ad vtilitatẽ communẽ re-ſpiciens gubernat regiam pote ſtatẽ. Cũ vero pauci gubernãt, plures tamẽ vno optimatiuum gubernationẽ: vel ex eo qa opti F mi præſunt, vel ex eo quia ad op timũ publicũ adminiſtrãt. Cũ aũt multitudo gubernat ad cõ-munẽ vtilitatẽ, vocatur cõi no mine rerũpublicarũ oium reſpu blica. Contingit aũt rationabi-liter. vnum .n. excellere ſm vir tutem, aut paucos datur: vt ve-ro multitudo excellat ad omnẽ virtutem difficile eſt, ſed maxi-me ad bellicam. hæc.n. in mul-titudine fit. Quare in hac re-

G publicæ ſpecie principaliſſimũ ac potẽtiſſimũ eſt id, in quo robur belli cõſiſtet. et in his ipſi illi ſunt, q̃ ſunt in poſſeſſione armorũ. Prolãbunt̃ vero ac tranſgrediunt̃ hmõi ſpẽs, ex regia q̃dẽ gubernatiõe, in tyrannidẽ: ex optimatib⁹ vero, in paucorũ potẽtia: ex republica aũt, in popularẽ ſtatũ. Tyrannidẽ. n. eſſe dicim⁹, dominatũ vnius ad ꝓpriũ cõmodũ intendentis. Paucorũ aũt potentiam, cũ ad opulentorum commodũ gubernatur. Popularem aũt ſtatum, cũ ad commodum egenorum. harum. n. nulla ad cõem vtilitatẽ reſpicit. Oportet aũt paulo vberius explicare quę ſit vnaquęq; iſtarũ. habent. n. dubitationes quaſdam. Philoſophantis. n. circa ſingulorum diſciplinam, & non ſolũ ad agendum reſpicientis, proprium eſt nihil negligere neq; prętermittere, ſed demõſtrare in ſingulis veritatem. Tyrãnidem. n. eſſe diximus vnius dominationẽ ciuili ſocietati ꝑfidentis. I Paucorum aũt potentiam, qñ rempublicam tenent opulenti & diuites. Popularem vero gubernationem, cũ tenues hoſtes & non poſſidentes diuitias gubernãt. Prima igitur dubitatio eſt circa definitionẽ. Nã ſi plures ſint opulẽti & diuites, ac rempublicã teneant: popularis aũt gubernatio ſit cũ multitudo regit: eodemq; mõ, ſicubi cõtingat inopes eſſe pauciores q̃ opulentes, ſed potẽtiores ac rẽpublicam teneant, & vbi pauci rempublicã obtinent paucorũ potentiã nuncupamus: non recte viderent̃ iſtę definitiones eſſe poſitę. Enimuero ſiquis adiungens opulentię quidẽ pauci tatem, inopiæ vero multitudinẽ, ſic appellet rerũpublicarum ſpecies, vt dicat paucorum potẽtiã eſſe, in qua gubernationẽ reipublicę habent opulenti, numero pauci: popularẽ vero, in qua ſopes rẽpublicã tenẽt multi exiſtẽtes, aliã habet dubitationẽ. Quas. n. dicemus eas reſpublicas, eã videlicet ſ qua plures opulenti, et eã in qua pauciores inopes gubernant. ſiquidẽ nullę ſunt alię reſpublicę prẽter ſupra dictas. Videt̃ igitur rõ iſta oſtẽdere, q̃ paucos eſſe vel multos qui gubernant, contingens eſt. aliud paucorũ potentię, alterũ populari: ꝓpea q̃ vbiq; accidit, vt pauci ſunt opulẽti, multi vero ſopes. Ex q̃ fit, vt hmõi cãæ nõ faciãt dñã: ſed ſ eo differat popularis gubernatio à paucorũ potẽtia, q̃ alibi opulẽti, alibi ſopes rẽpublicã obtinẽt. Neceſſariũq; ẽ vbicũq; p opes ac diuitias ꝓſunt, ſiue hi pauciores ſint, ſiue plures, hãc eẽ ſpẽm illã q̃ vocat̃ paucorũ potẽtia: vbicũ q̃ aũt ſopes, hãc eẽ popularẽ gubernationẽ. Sed accidit (vt dixim⁹) hos qdẽ paucos eẽ, illos vero multos. opibus. n. ac diuitijs pauci abũdãt, libertatis tñ oẽs participes ſunt, ꝓp quas cauſas cõtendunt vtriq; de republica.

K

L

M

De

RElíquum ex trib⁹ est, de iudicijs dicere. Capiendi vero sunt ſ; horū modi p eandem viā. est enim dīria iudiciorū in tribus terminis, ex quibus, & de quibus, & quomodo. Dico aūt ex quibus, vtrum ex omnibus vel ex quibusdam. de B quibus, quot species iudiciorū. qūo, vtrum per sortem vel p electionem. Primo igitur distinguamus quot sint iudiciorū species. Sunt aūt octo. Vnū, rōnes repoſcere. Alterū, ſi publice q̄s cui iniuriat⁹ ſit. Aliud, quod ad ſtatū ciuitatis pertinent. Quartum, ex magiſtratibus & priuatis hominibus, quæcunq; circa pœnas versanē. Quintū, de priuatis cōtractibus habētibus magnitudinē. ar præterea de homi C cidijs, & peregrinis. Homicidij rurſus spēs, ſiue in ipſis iudicijs, ſiue in alijs ex prouidentia fecerit vel inuitus, & quoccūq; cōſi temur quidem facta, ſed de iure controuerſiā facimus. & q̄ pro homicidio exulantibus circa re ditū ſtatuuntur. vt Athenis dī, Pauſ. & quod in Phreāti iudicium. Contingūt aūt talia & in omni tpe pauca & in magnis ciuitatibus. De peregrinis aūt vna pars eſt, ſi peregrin⁹ cōtra peregrinū agat: altera, ſi peregrinus contra ciuē. Eſt inſuper vltra hæc oſa, D de paruis rebus cognitio, quæ drachmas quinq;, aut nō excedant, aut parū. oportet enim & de his ius dici: nec incidit in iudiciorū multitudinē. Sed omittamus de his, & de homicidijs & de peregrinis: dicamus aut? de ciuilibus, in quibus ſi non recte iudicetē, ſeditiones ac rerūpublicarū motus gignunt. Neceſſe eſt enim vel oēs de oībus ſupra dictis iudicare electione vel sorte: vel oēs de oībus partim sorte partim electione: vel de quibuſ- E dam eorū aliquos, partim sorte, partim electione aſſumpeos. hi ergo modi sūt quatuor. Totidē alteri, qui ſm partē. rurſus enim ex quib⁹, & qui iudicāt de oīb⁹ p electionē, aut ex quib⁹ de omnibus p sortē, vel partim sorte, partim electione. vel quædā iudicia de eiſdem ex sortitis & electis. Iſti ergo, vt dictum eſt, ſunt modi in p̄dictis. Inſuper eadē conduplicata, vt quædā ex omnibus, quædā ex quibuſdā, quædam ex vtriſq;. ceu ſi eiuſdē iudi F cū eſſent, alij ex oībus, alij ex quibuſdam: & vel per sortem vel per electionem, vel ex ambab⁹. Quot igit̄ modi iudiciorū eſſe poſſunt, dictum eſt. Horum autem prima, popularia ſunt, quę cunq; ex oībus vel de omnib⁹. Secunda, paucorum potentiū, quæcūq; ex quibuſdam de omnibus. Tertia, optimatum & ciuilia, quæcunq; partim ex omnibus, partim ex quibuſdam.

Ariſtc.

ARISTOTELIS POLITICORVM LIBER QVINTVS,

SVMMA LIBRI.

De rerumpublicarum mutationibus, ſeditionibus, earum cauſis, ac modis. De diuerſarum ſpecierum rerumpublicarū mutationibus, ac ipſarum conſeruandarum modis. De regni, ac tyrannidis mutationibus, ac conſeruatione.

De cauſis mutationum rerumpublicarum & de earum inæqualitate & æqualitate, & iuſto & iniuſto.

Cap. 1.

E aliꝭ quidem omnib⁹, de quibus dicere propoſuimus ferè dictum eſt. ex quibus autem mutant reſpublicæ, & quot ea ſint & qualia, & quę nam ſint ſingularum rerumpublicarum corruptiones & labes, & ex qualibus in quales maxime mutant: præterea quæ remedia generaliter & ſpecialiter cuiuſq;, & per quę maxime conſeruari poſſit vnaquæq; rerumpublicarū, cōſiderandum deinceps erit. Oportet aūt prius illud principium aſſumere, q̄ plures ſunt formæ rerū publicarū. & in his conſitentur quidem oēs iuſtitiam & conuenientē æquitatē, ſed aberrāt ab ea, vt eſt ante dictū. Nam populos cōſtat ex ꝭs qui cum ſint ſm quid pares, putāt ſe ſimplr pares. Paucorū vero potētia ex ꝭs qui cùm preſtent aliqua re, ſe in cūctis præſtare arbitrant. opib⁹ enim ſuperantes, ſimplr exiſtimant ſuperare. Deinde vero illi quaſi pares exiſtentes in cūctis, dignū putant ſe parē portionē habere. hi autē quaſi ſuperiores ſint, maiora ſibi cōpetere arbitrantur: maius enim inæquale. Habēt vero oēs aliquid iuſtum, ſed ſimplr aberrant. Et ob eam cauſam, q̄ſi nō pro opinione ſua vtriq; reportēt de republica, ſeditiones cōcitant. Omniū vero iuſtiſſime hoc facerēt, qui virtute præcellūt: qui cū minime omnium id faciunt. nā hi ſimplr rationabile eſt vt ſoli præferātur. Sunt aūt quidam, qui præſtare genere, plus hēre ſe dignos putant. Vident nobiles eſſe illi, quorum maiores virtute & diuitijs præditi fuere. hinc principia & fontes, vt ita dixerim, ſeditionū oriunt. Quapropter mutatiōes meritō fiunt, q̄nq; ex præſenti ſtatu ad aliū: ceu ex populari gubernatione ad paucorum potentiā, vel ad popularē ex paucis, vel ad rempublicā & optimatē ex illis, vel ad illas ex iſtis. q̄nq; præſentē gubernandi formā nō quærūt mutare, ſed in ea permanentes, pro ſe illā ſuſcipiunt, vt paucorū potentiam vel monarchiā. Inſuper circa magis & minus ceu vel paucorū potentiam exiſtentē magis extēdere vel coercere, vel popularem ſtatū ampliare vel reſtringere. Eodemq; modo de aliꝭ ſpecieb⁹ amplian dis vel reſtringēdis, vel in parte aliqua reipublicæ mouēda, ceu magi-

A magiſtratũ quendam de nouo
ſducere, vel remouere. vt apud
Lacedæmonios ferũt Lyſandrũ
tentaſſe regiã põteſtatẽ tollere,
& Pauſaniam regẽ Ephoros. &
Epidãni mutata eſt reſpublica,
partẽ: cùm pro tribuum præfe-
ctis, ſenatores creauerũt. Apud
Elienſes vero neceſſariũ eſt illo-
rum cẽt, qui verſant in republica
dignitates inuadere, qñ creatur
magiſtratus aliqs. Paucorũ aũt
potentiæ erat in hac republica,
q̃ vnus ſolus ad magiſtratũ ſu-
B mebat. Vbiq; enim pp̃ inæqua-
litatẽ oritur ſeditio: diſparibus
tñ non exiſtit proportio. perpe-
tua enim poteſtas regia iniqua
foret, ſi eſſet in paribus. omnino
enim quærẽtes æquum in ſedi-
tiones incidũt. At enim duplex
eſt æquum: vnũ numero, alterũ
dignitate. numero qdẽ, ceu mul
titudine ac magnitudine idẽ, &
æquum: dignitate autẽ dico, id
quod eſt ſm rationẽ. ceu tria ex
cedunt duo ſm æqualem nume
rum, & hæc vnũ. dico aũt quã-
C tuor excedere duo, & hæc vnũ:
æqua enĩ pars duo ex quatuor,
& vnũ duorũ: ambo enim me-
dietates. Fatentes autẽ ſimpli-
eſſe iuſtũ id, qđ eſt ſm digni-
tatẽ, contendunt, vt prius dictũ
eſt. alĩ quia ſi in aliquo ſint pa-
res, ſe penitus pares exiſtimant:
alĩ, quia ſi in aliquo præſtãt, in
cunctis ſeſuperare arbitrantur.
Quãobrem duæ præcipue fiũt
gubernãdi formæ, populus, ſ. &
paucorũ potentia. nobilitatem
enim ac virtutẽ in verbis quidẽ D
oẽs fere vſurpant. etenim qui re
vera nobiles ac boni ſint, nuſ-
quã centũ reperiunt: diuites au-
tem multis ſ locis. Simpliciter
omnino ſm alterutrũ ſtatuere
æqualitatẽ, improbum eſt, patet
aũt ex eo q̃ cõtingit: nulla enim
huiuſmodi rerũpublicarũ reci-
pit ſtabilitatẽ. Cauſa vero huiꝰ,
quia impoſſe eſt ex primo errore
in principio cõmiſſo, nõ euenire
ad extremum aliquid mali.
quare opus eſt partim arithme-
tica æquitate vti, partim ea quæ E
eſt ſm dignitatem. Verũtamen
tutior eſt ac minus ſeditioni ſub
iacet popularis gubernatio, q̃
paucorum. nam in paucorũ gu
bernatione duæ gignunt ſeditio
nes: vna inter ſeipſos, alia ad po-
pulũ. in gubernationibus autẽ
populi, vna tantũ ſeditio ſit, ad
paucorũ potentiã. ipſis vero in-
ter ſe, quod quidẽ dignũ dictu
ſit, non accidit ſeditio populi.

Inſuper mediocriũ hominum
gubernatio, propinquior eſt po- F
pulari gubernationi, q̃ illi quæ
paucorum: quæ quidem eſt ma
gis tuta, q̃ aliqua huiuſmodi re
rumpublicarum.

De ſeditionibus paucorum, & popularis: pro quibus rebus ſeditiones oriantur, & quæ ſint earum cauſæ. Cap. 2.

CVm vero conſideremus
quibꝰ de cauſis ſeditiones
mutationeſq; rerũpubli-
carum euenerint, capienda ſunt
primo vtr principia, & cauſæ ea
rum. Sunt aũt fere tria, de quibꝰ
ipſis

G ipſis primo ſuccincte determinandũ eſt. Videre enim oportet quẽadmodum diſpoſiti ad ſeditiones deueniunt: & quarũ rerũ gratia: & tertio quæ ſunt initia ciuilium turbationũ, ac ſeditionum inter ciues. Quòd quidẽ igitur diſponãtur ad res nouas appetẽdas, illa eſt potiſſima cauſa, de qua iam diximus. quia niſi pares eſſe volũt his qui plus poſſunt, & niſi hoc ſit non acquieſcũt: aliũ vero ſe præſtare dignos putãtes, indigne ferunt niſi plus H habeant. hæc aũt qñq; iuſte cupiuntur, qñq; iniuſte. inferiores quidem vt pares ſint, res nouas exoptant: & pares qui ſunt, vt præſtent. Quẽadmodum igitur diſpoſiti ſint qui res nouas quærunt, dictum eſt. Res autẽ, pro quibus contendunt, ſunt lucrũ, & honor, atq; his contraria. dedecus enim & damnũ vel ipſorum vel amicorum fugientes, ſeditiones in ciuitatibus agunt.

Cauſæ vero ac principia motꝰ, vnde ipſi ita diſponunt, & pro I ijs de quibꝰ diximus, ſunt vt ſeptem, ſunt ẽt vt plura. quorum duo ſunt eadẽ cũ illis quæ dicta ſunt, non tñ eodem modo. pp lucrũ enim & pp honorẽ irritant inuicem, nõ acquirant ſibiipſis, ſed quia vident alios partim iniuſte, partim iuſte plus habere. Inſuper pp contumeliam, pper mœtũ, propter præpotentiam, pp contemptum, propter incrementũ exceſſuum: præterea & alio modo pp verecũdiam, propter negligentiam, propter pu- E ſillitatem, propter imparitatẽ.

Quo pacto ob dictas cauſas oriuntur ſeditiones. Cap. 3.

EX quibus cõtumelia & lucrum, quæ habeant vim, et quot cauſæ, ferè eſt manifeſtum. Superbia enim, & auaritia eorũ qui gubernãt homines, la. prouocãt cõtra ſe, & cõtra ſtatũ eius reipublicę, quæ iſta fieri patiãt. auaritia vero qñq; ex priuatis rebus fit, qñq; ex publicis.

De honore ẽt clarũ eſt, & quid valeat, & qũo cauſa ſit contendendi. ipſi enim inhonorati, & alios honoratos cernentes, ſeditionẽ aggrediunt. Hæc aũt iniuſte quidẽ fiunt, cũ præter dignitatẽ honorant quidã, vel inhonorantur: iuſte vero, cùm ſm di- L gnitatẽ. Propter præpotentiam aũt, qñ maior ſit & pbentior, vel vnus vel plures, qui ſm dignitatẽ & potentiã reipublicæ. conſueuit enim ex talibus fieri vnius dñatio, vel gubernatio violẽta. Quapropter quibuſdã in locis Oſtraciſmo vtũtur ceu M Argis & Athenis. atqui melius erat ab initio, uidere, ne in huiuſmodi potentiã augeri hoſtes permitterẽtur, q̃ poſt cõtra auctos remediũ quærere. Propter mœtũ vero ad ſeditionem deueniunt, qui pœnas formidant ob maleficia cõmiſſa: & hi contra quos paratꝰ violentia, prœuenire volentes, prius q̃ malũ patiant. vt apud Rhodũ nobilitas cõtra plebem inſurrexit mœtu iudiciorũ,

A ciorum, quæ ſibi parabantur.
Propter contemptū vero ad ſe
ditiones deueniunt. ceu in pau-
corū poteſtia, qñ plures ſunt illi,
qui à republica excludūtur. po-
tentiores enim ſe putāt. Et in po
pulari ſtatu, opulenti contēnen-
tes inordinationē & incuriā eo-
rum q gubernāt. ceu apud The-
banos poſt pugnā in Onophy-
tis cōmiſſam, mala gubernatio-
ne popularis ſtatꝰ interiit. & in
Megarēſibus, ceu p inordinatio
nem & negligētiā magiſtratuū
B ſuperati ſunt. & Syracuſis ante
Gelonis tyrānidē. & Rhodi po-
pulus, anteq̄ contra inſurgeret.
Fiunt ēt pp incrementum mu-
tationes rerūpublicarū. vt enī
corpus ex partibus ſuis conſtat,
& oportet eas ſimul pro modo
quāq; ſuo creſcere, vt cōuenien
tia ꝓmaneat, ac niſi hoc fiat cor-
rumpitur (ceu qñ pes quatuor
cubitorū ſit, cęterū vero corpus
duarū palmarū longitudinem
habeat: interdū vero & in alte-
rius animalis figurā tranſiret, ſi
C nō ſolum quātitate, verumetiā
qualitate immod tratū fieret in-
crementū) ita & ciuitas ex par-
tibus cōſtat, quarum interdum
aliqua paulatim ſubcreſcit, ceu
egenorū hominū multitudo in
popularibus gubernationibꝰ &
rebuspublicis. Contingit vero
qñq; id per fortunā: velut apud
Tarentū cūm ſuperati prꝓlio ab
Iapygēſibus, nobilitatis magnā
parte amyſiſſent (fuit autem id
prælium paulo poſt id tempus,
quo Medi Græciam inuaſerūt) D
ad popularem ſtatū ex republi-
ca eſt facta mutatio. Et Argiui
poſt cædem ſuorū in Hebdoma
à Cleomene Spartiata factā, co-
acti ſunt inquilinos quoſdā ad
rēpublicā recipere. Et Athenis,
cū terra male pugnaretur aduer
ſus Lacedæmonios, nobilitas at
tenuata eſt, cū ex deſtripeo ſub-
mittere ſe ad bellum cogeretur.
Cōtingit aūt hoc & in popula-
ribꝰ gubernationibꝰ, rarius tū.
pluribus enim diuitibus exiſtē-
tibus, vel diuitiꝭ in pluribꝰ au- E
ctis, mutatio fit in paucorū po-
tentiā. Mutantur ēt reſpublicæ
abſq; ſeditione pp verecūdiam:
vt in Heraea. cūm enim p electio
nem ſumere magiſtratꝰ ſolerēt,
poſtea ſortiti ſunt, ex eo q ele-
ctiones eorū in hoſes turpes pu
dendosq; cadebāt. Et pp negli-
gentiam, qñ ſinunt ad ſummas
poteſtates eos aſſumi qui non
ſunt amici ſtatus eorū: per quē
quidem modū apud Horeum
euerſa eſt paucorū gubernatio
p Heracleodorū, qui magiſtra- F
tum nactus gubernationē ciui-
tatis ex paucorū potentia ad po
pularem ſtatum traduxit. Inſu
per pp puſillum. dico aūt puſil-
lum, qñ lanet paulatim ſubcre-
ſcens reipublicę mutatio, quæ
ad magnitudinem latenter eua-
dit, ſi negligatur. quēadmodū
apud Ambracio tas à paruo cen
ſu prius erant magiſtratus, tan-
dē vero à nullo: quaſi nihil aut
prope foret inter parū & nihil.

Sedi-

3 Seditiones quoq; concitat peregrinitas, donec in eandē simul cōspirationē deuenerit. vt enim nō ex quauis multitudine cōstituitur ciuitas, ita ēt neq; in quouis tpe. Quapropter quicunq; adhuc inglinos susceperunt vel aduenas, oēs ferè seditionib⁹ iactati sunt. ceu apud Sybarim vnà cum Trezenijs incoluerūt Achæi: postea maiorē in numerum crescētes Achæi Trezenios pepulerunt. vnde pollutio illa exorta est Sybaritis, & Thurijs.

H Idem fecerunt Sybaritæ contra eos qui illos receperant. nā plus hēre volētes, quasi de suis agris pulsi sunt. Et apud Bizantiū peregrini in oppressionē ciuiū cōiurati, cognita re, fugio & armis expulti sunt. Et Antissæi exules ex Chio susceptos, tandē armis deficere coacti sunt. Zanclei vero, qui Samios receperūt, mox ab eis sunt propria ciuitate deiecti. Apollioniatę qui sunt in Ponto, incolis receptis, seditione agitati sunt. Et Syracusani post tyrannos expulsos, cùm hospites & cōductos milites fecissent ciues, in seditionē & prælium inciderūt. Et Amphipolitę, receptis Chalcidensiū colonis, pulsi randem ab illis sunt ferè oēs. Seditionē aūt concitant, in paucorū quidē potentia, multitudo indigne ferens, vt dictū est prius, q̄ cùm ipsi sint pares, non pariter honorarē. In populari vero statu nobilitas, q̄ par fiat cæteris, cùm ipsi sint præstantiores.

Incidunt ēt qñq; in seditionē K ciuitates propter sitū, qñ talis est locus, vt non ad vnā eandēq; gubernationē sit aptus. vt Clazomonijs accidit, qui Chytro habitāt, cōtra eos qui habitāt in insula. Et Colophonijs erga Notios. Athenis quoq; nō eodē modo, sed multo magis populares sunt, qui in Pyræo habitāt quā qui in vrbe. vt enim in prælijs transitus fossarū, ēt si admodū paruę sint, interrumpit ordines militū, ita & in ciuitate diffidēn *diffinditudo. tia omnis videt disiunctionē facere. Maxime forsan diffidēt virtus & vitium: deinde paupertas & diuitiæ, & alia magis q̄ alia: quarū vna ē illa, de qua diximꝰ.

De modelis, & documentis circa seditiones. Cap. 4.

OIuntur autē seditiones nō pro paruis rebus, sed ex paruis ad magna proueniunt. maxime ēt paruæ corroborātur, qñ in principalibus fiunt, vt cōtigit Syracusanis antiquitus. Mutatus est enim ciuitatis statꝰ pp duos adolescētes, M qui in magistratu constituti, simultatem inter se habuerūt ex amatoria causa. altero ènim absente (cīi sodalis eius esset) alter puerū, quē amabat, sibi cōciliauit. at ille reuersus, cùm id graui ter ferret, vxorem illius habere studuit. ex hoc, oēs qui versabātur in republica, diuerso fauore diuerterūt. Quambrem ab istis principijs cauendū est diligenter, ac dissoluendæ statim sunt eorū

A eorum discordiæ, qui multi in republica possunt. In principio enim peccatur. principium aũt dicit esse dimidium totius. itaq; parium in principio erratum, correspõdens ẽ ad alias partes. Omnino aũt excellentiũ virorum discordiæ totam possẽ trahunt ciuitatẽ: vt contigit apud Hesiæam post popularẽ statũ. Duobus enim fratribus de diuisione patrimonij cõtendentib⁹, vnus eorũ qui erat pauperior, quasi nõ exhibẽte altero fratre
B bona oia, neq; thesaurũ quẽ pater inuenerat, proferente, quærebat, ac populum in suos fauores pertraxerat: alter vero qui diuitijs præbat, locupletes sibi asciuerat. Et in Delphis ex fauore partiũ contẽtione exorta, principiũ fuit seditionũ oĩmiũ, quę postea fuerũt in ea ciuitate secutæ. hic enim cũ sibi tristẽ auguriũ incidisset, vt venit ad sponsam, suscipere illã noluit. parentes vero puellæ quasi spreti atq; ꝺ̃tempti, sacrorũ quiddã eo sa-
C crificãte iniecerũt, atq; vt sacrilegũ accusantes capite dãmnari fecerunt. Mitylenæ quoq; seditio ex hereditate coorta, magnorum malorũ fuit origo. indeq; bellũ Athenienſibus cõtra Mitylenęos susceptũ, in quo vrbs eorũ à Pachete duce capta fuit. Timophane enim quodã opulẽto hoſe vita functo, cũ duæ filiæ superstites fuissẽt, Donãdrus q̃dã dari illas filijs in matrimonium cõcupiuit. quod cũ assequi non potuisset, alios sibi ꝑatos dolẽs, D res nouas moliri aggressꝰ: Athenienſibꝰ quibꝰ erat publice hospes, bellũ suscipere ꝓpũsit. Et apud Phocẽſes seditio exorta ẽ ex hereditate inter Mnasẽã Mnasonis patrẽ & Euthycratẽ Onomarchi. hæc seditio Phocẽſibus initiũ fuit eius belli, quod sacrũ appellauerunt. Mutatus est etiã Epidamni ciuitatis status ex nuptijs. desponderat enim q̃s filiã. cũm vero pater ſponſi magistratum gerẽs illi multã irrogasset, quasi despectus, pẽs qui ꝑsenti E ciuitatis statui infensi erãt, ꝓ factionẽ ad se recepit. Fiunt etiã mutationes & in paucorũ potẽtia, & in populari statu, & in ea quę appellatur respublica, ex eo ꝙ aliquod collegiũ vel alia pars ciuitatis famã sit vel augmentũ maiorem in modum consecuta: vt apud Atheniẽſes, Areopagi consilium ꝓ tempora belli Persarũ famam consecutum reipublicæ gubernandi formam seueriorem videt feciſſe. Et rursus F naualis turba, ꝙ causa victoriæ Salaminẽſi bello fuiſſe videbat, & ob eam victoriã principatũ maris acquisiſſe ciuitati, popularem, statum magis asseruit. Et apud Argiuos nobilitas, ꝙ ꝑ pręlio contra Lacedæmonios apud Mantiniã vrbẽ cõmiſſo, magnã famã cõsecuta erat, popularem statũ delere tentauit. Et apud Syracusanos multitudo vrbana, ꝙ cã victoriæ belli aduerſus Atheniẽſes videbat fuiſſe, rẽpu-

G blicã mutauit ad popularẽ ſtatum. Et apud Chalcidenſes, ꝙ ſimul cũ nobilitate ad opprimẽdum Phoxũ tyrannũ plebs inſurrexiſſet, ſtatim reipublicę gubernationem ſuſcepit. Et apud Ambraciã eodẽ modo, populus vnã cũ aggreſſoribꝰ Periandro tyrãno expulſo, in ſeipſum gubernationem cõuertit. Et olim hoc latere nõ oportet, ꝙ qui potentiæ cauſa fuerũt, ſiue priuati hoſtes, ſiue collegia publica, ſiue tribus, ſiue & pars aliqua ciuita
H tis, ſiue quęcũq; multitudo, ſeditionẽ cõmouent. aut enim qui honori illorũ inuidẽt ſeditionẽ faciũt, aut ipſi ꝓp prꝙalentiam parẽ habere cũ cæteris, non acquieſcũt. Mouet quoq; reſpublica qñ partes illæ ciuitatis, q̃ cõtrariæ videnť eſſe, pariſicant (ceu diuites & plebs) mediũ autem parũ aut nihil omnino ſit. ſi enim quæuis pars ita robuſta fiat, vt ad illã quæ prædominabaſ, proxime accedat, non tolerat poſt hac diſcrimina ſubire.
I Quapropter & qui virtute præcellunt, nullã (vt ita dixerim) fa
ciũt ſeditionẽ: pauci enim ſunt, alĩ vero permulti. Vſt ergo in cũctis rebuspublicis ipſiꝰ initia cauſęq; ſeditionum ac mutationum, in hunc modũ fiunt. Mutať aũt reſpublica qñq; ꝓ vim, qñq; per dolũ. Per vim aũt, aut ſtatim, aut poſtea cõpellendo. nã & fraus duplex eſt, nonnunquã enim decepti ab initio, ſuæ demũ ſpõte recipiũt aliũ gubernandi modũ. deinde poſtea vio K
lenter cõſeruãt. vt accidit cũm quadringẽti illi Athenienſium rempublicam ſuſceperũt. affirmantes enim ꝙ Perſarũ rex pecunias ad bellum cõtra Lacedæmonios ſubminiſtraret, ac in eo mẽtiti, nihilominꝰ poſtea vi retinere gubernationẽ conati ſũt. Interdũ aũt ab initio ꝓſuadentes, at poſtea rurſum ꝓſuaſis ſpõte ac volentibꝰ retinẽt gubernationẽ. Simpſt ergo circa omnes reſpublicas, ex his q̃ dicta ſunt, contingit mutationes fieri. L

De mutationibus popularis gubernationis & earum modis. Cap. 5.

SEd oportet ſ vnaquaq; ſpecie rerũ publicarũ hoc idẽ conſiderare. Popularis ergo ſtatus maxime recipit mutationes, ꝓp eorum hominũ perfidiã, qui ſunt quaſi duces in populo. Hi enĩ priuatim egregiũ quenq; calumniando, cõſpirare eos ſimul cõpellunt (cogit enim in vnum cõis mœtus ẽt eos, qui prius erãt inimiciſſimi) publice vero multitudinem irritant. & M
hoc ferẽ vbiq; in hunc modum fieri videmus. Nam & apud Coum popularis ſtatus interrũt, ob prauitatẽ eorum qui populum ducebãt. nobilitas enim cõſpiratiõe facta, regimẽ ciuitatis arripuit. Et apud Rhodũ impoſitis enim pecunĩs, q̃ conducũs militibus ſoluerenť, porcẽtes quidam in populo pro ſe eas retinebãt, eratq; id impedimẽto, quominus ea redderenť, quę ꝑfectis debe-

A debebant trienniũ. præfecti aũt
classis, cũm pecunias non haberent, ac nihilomin⁹ nauigare ex
lege cogerent, veriti pœnam iudicij, conspiratione inierunt ad
populare statum euertendum.
Apud Heracleam quoq; populus oppressus est illico post colo
niarũ emissionẽ, ob populi ductores. potẽtes enim quidam in
populo, illatis iniurijs, nobilitatem expulerunt: illi vero postea
conspirãtes, & in vnũ cõuenientes, in vrbẽ reuersi, populũ op-
B pressérũt. Nec multo dissimili⁹
apud Megarẽses popularis stat⁹
interijt. Ductores enim populi,
quo pecunias p bonorũ publicationẽ haberẽt, multos è nobilitate pepulerant, vt tandẽ facta
sit permagna exulũ multitudo.
exules ergo in vnũ conuenientes
præsto superarũt, oppressoq; po
pulo paucorũ potentiam consti
tuerunt. Cõtigit hoc idẽ apud
Cumas in populari statu, quem
destruxit Thrasimach⁹. & apud
alios ferè quis inspiciat mutatio
C nes eodẽ modo cõtigisse. Inter-
dum enim, vt gratificent iniu-
riantes, nobili tatẽ conspirare fa
ciũt, vel patrimonia æque diui-
dentes, vel reddit⁹ munerib⁹ pu
blicis subijcientes: interdũ vero
calũniantes, vt bona opulẽtorũ
publicari faciant. Vetustis qdẽ
tpibus, qñ idẽ erat potens in po
pulo ac belli dux, populares res
in tyrannidẽ mutabant. & pro-
fecto antiquorũ tyrannorũ plu
rimi ex popularibus hominib⁹
facti sunt. Causa vero, cur tunc D
fierent, non aũt nunc, illa est, q⁹
tunc qui in populo maxime po
terãt, erãt ex his qui bello geren
do præficiebant. nondum enim
dicẽdi peritiam habebant: nunc
aũt Rhetorica arte superuenien
te, qui dicendi facultatẽ habent,
populos ducunt quidẽ: sed quia
imperiti sunt rerũ bellicarũ, ty-
rannidẽ inuadere nõ audẽt, nisi
vbi parum aliquid tale incidit.
Tyrãnides certe frequẽtius fie
bant prius, quã nunc, & pp ma
gnas potestates quibusdã com- E
missas, ceu Mileti ex consulatu:
multarũ enim ac magnarũ rerũ
potestatẽ habebit consul. Ac ẽt
ob id, quia tunc vrbes non erãt
magnæ, sed rure homines habi-
tabãt, ociũ agentes præter q̃s ab
agris. qui aũt patroni erãt in po
pulis, cũ viri militares essent, ty
rannidem inuadebant. idq; age-
bant oẽs, p̃stita sibi prius fide à
populo, quæ acquirebat ex ini-
micitia aduersus opulentes. vt
Athenis, Pisistratus p factionẽ
cõtra Pediacos susceptã. & Me- F
garis, Theagenes armentis opu-
lentorũ occisis, quę iuxta flumẽ
repererat pascẽtia. et Dionysius
accusans Daphnæũ & diuites,
meruit tyrãnidẽ Syracusis obti
nere, pp inimicitiã nobilitatis,
sibi fide à populo p̃stita, quasi
popularis esset. Mutãtur ẽt res-
publicæ, ex consuetra guberna-
tione in vltimã speciem popula
ritatis. cũm enim per electionẽ
sunt magistrat⁹, non tñ à cẽsu,

G eligit aũt populus ambitiõe po-
pulum magiſtratuũ gratia, eò
rẽ deducunt, vt ſit populus dñs
& legum. Remediũ aũt, ne hoc
omnino fiat, vel vt minus fiat,
illud eſt, vt tribus quidem ma-
giſtratum eligant, non populus
vniuerſus. Populariũ igitur ſta-
tuum mutationes ferè omnes p
has fiunt cauſas.

De mutationibus paucorum potentia, & earum modis. Cap. 6.

M PAucorum aũt gubernatio
nes mutantur p duos ma-
xime modos manifeſtiſſi-
mos. Vnũ, ſi iniurijs afficiãt mul
titudinẽ. quilibet enim patron⁹
ſufficit, & maxime ſi ex numero
paucorum dux aliquis exiſtat.
quẽadmodum in Naxo Lygda-
mis, qui tyrannidẽ poſtea Na-
xiorum inuaſit. Habet aũt & ex
alijs initiũ ſeditionis dñias. qñq
enim ab ipſis opulentis, qui nõ
honorant magiſtratibus, fit diſ-
ſolutio, cũ perpauci ſint illi, qui
dignitates vſurpãt: vt in Maſſa-
lienſibus, & in Hiſtro, & apud
I Heraclią, & in alijs ciuitatibus
accidit. Nam qui honores nõ ſu
ſceperãt, res nouas moliri nõ ceſ
ſabãt, donec ipſi quoq; honora-
rentẽ: primo qdẽ ſeniores ex fra-
trib⁹, deinde iuniores. quibuſdã
enim locis nõ ſimul ad rẽpubli-
cam gubernandã recipiuntur fi
lius & pater: alicubi vero frater
ſenior ac iunior: & illic quidem
paucorũ potentia ciuilior facta
eſt. In Hiſtro aũt ad populũ reci
dit. In Heraclia vero à pauciori-
bus ad ſexcẽtos deuenit. Mutat K
eſt & Gnidi paucorũ potentia,
ſeditione inter nobilitatẽ ipſam
coorta, ex eo q pars eorum ab
honoribus excludebat. ſiquidẽ
pater filium impediebat, & fra-
ter fratrẽ, nec niſi qui ſenior fo-
ret honorabatur. inſurgẽs enim
populus per illorũ diſcordiam,
ac ducẽ nactus ex ipſa nobilita-
te, irruẽs peruicit. imbecillis. n.
aduerſa pars erat. Et apud Ery-
thrienſes, in paucorũ guberna-
tione regiarũ vrbium antiquis
tẽporibus, licet diligenter cura- L
rent qui in gubernatione illarũ
verſabantur, tñ quia perpauci
erant, nõ tulit populus ſed rem-
publicã mutauit. Mutantur ẽt
paucorũ gubernationes ex ſe ip
ſis, pp factiones ipſorũ qui plus
poſſe apud populũ volunt. Hoc
autem dupliciter fit. qñq enim
ſibi aſciſcũt, & coniungũt alios
ex ipſo numero paucorum: vt
Athenis I triginta illis fecit Cha
ricles, & in quadringẽtis Phry-
nich⁹ ſiſti modo. qñq vero ipſi,
qui ſunt ex paucorum numero, M
vendicãt ſibi plebẽ. vt apud La-
riſſam, nobilitas plebẽ colebat,
ex eo quia p plebẽ fiebat electio
magiſtratus illius, qui cuſtodia
reipublicæ vocabat: & in qui-
buſcũq; gubernationibus pau-
corũ, nõ illi ipſi eligũt ad magi-
ſtratus, q & gerere illos poſſũt,
ſed ex cenſib⁹ magnis tribuuñt,
vel ex aliquo corpore. electio tñ
eorũ per ciues fit, aut per plebẽ,
vt Abidi, & vbi iudicia nõ ſunt

ex

A ex his qui rempublicam guber
nant, colẽdo plebẽ, quo eorum
ſuffragia promereant, rempubli
cam mutãt: vt apud Heracleam
cõtigit quæ eſt in Ponto. quod
idem accidit, qñ in gubernatio-
ne paucorũ quidã exiſtentes, ad
pauciores ẽt rempublicam tra-
hunt. pares enim cpteris eẽ que-
rentes, cõpellunt populũ in ſui
auxiliũ adhibere. Fiunt etiã mu
tationes in gubernatione pauco
rum, qñ prodigaliter viuentes
B qui gubernãt, per luxuriã patri
monia conſumpſerunt. Optant
enim res nouas hmõi hoſtes, ty-
rannidemq; vel ſibi ipſis, vel al-
teri affectãt. quẽadmodũ Hipar
Dionyſiũ Syracuſis. & Amphi
boli Cleotimus Calcidenſes co-
lonos ſuperinduxit, & cũ veniſ-
ſent, ſeditionẽ cũ illis contra di-
uites fecit. & in Ægina qui nego
ciũ id Chariti Athenienſi fece-
rat, res nouas molitus eſt, ppter
huiuſmodi cãm. Hi ergo hoſtes
cõſumptis patrimoniis, aut res
nouas cõmouent, aut rempubli
C cam furtis expilãt. itaq; ſeditio-
nes aut ab ipſis aut ab illis cõci-
tantur, qui eorũ furta non tole-
rant: vt Apolloniæ q eſt in Pon-
to accidit. Cõcorsvero ſi ſit pau
corũ gubernatio, ex ſeipſa non
facile interrũpit. Huius ſignum eſt
apud Pharſalũ vrbẽ reipublicę
ſtatus: pauci ſiquidẽ in ea ciuita
te gubernatores, multorũ ſunt
dñi, quia ipſi inter ſe recte ac de
bito more ſe gerũt. Euertunt ẽt,
qñ in paucorum gubernatione
aliam paucorũ gubernationem D
efficiunt: id eſt qñ eorũ, ad quos
pertinet gubernatio reipublicę,
qui pauci ſunt, ſelectio quędam
fit, neque habilitas eſt oĩbus ad
maximos magiſtratus, dignita-
tesq; poſſe aſſumi. Quod apud
Elidem vrbẽ qñq; cõtigit. nam
cũ paucorũ eſſet gubernatio rei
publicæ, admodũ pauci eorum
ad ſenatoriũ ordinem, quæ erat
perpetua dignitas, peruenire po-
terant, ob id q̃ erãt potentium
*hic ordo ac perſimilis Lacedæ- * i. ephoru
moniorũ ſenatui. Fit aũt mutа- E
tio gubernationis paucorũ &
bello, & in pace. In bello quidẽ,
q̃ populo diffidentes, conducto
milite vti cõpellunt, & qui illis
præficitur, ſæpe tyrannus eua-
dit: vt Corinthi Timophanes.
q̃ ſi plures præficiunt, ipſi ſibi
potentiã parãt. interdum vero
iſta formidantes qui regunt, po
pulũ recipiũt ad reipublicæ cõ-
munionem, qñ neceſſitas cogit
populo vti. In pace aũt propter
diffidentiã quam inter ſe habẽt, F
cõductis militibus cuſtodiã tra
dunt, præficiuntq; illis virũ ali-
quẽ, qui ad neutrã partẽ magis
inclinare videatur. at iſte ſæpe
fit dñs partis vtriuſq;. quod ac-
cidit in Lariſſa vrbe Leucaden-
ſibus, qui circa Samum rempu-
blicã tenẽtibus, & apud Abidũ
tpe ſodalitatum, quarum erat
Iphiadæ. Oriũtur ẽt ſeditiones
per excluſionẽ aliorum ab alijs
factam, eorũ ipſorum qui ſunt
in paucorum gubernatione, qñ

G de nuptijs, vel de iudicijs cõcertant, quẽadmodum de nuptijs supra diximus. In Erethria paucorũ gubernatio equitũ sublata est p Diagoram, qui affectus iniuria fuerat ex nuptijs. Ex iudicio aũt apud Heracleam seditio extitit, & Thebis ob adulterij iudiciũ. Aequi vtroq; in loco non iniusta fuerat accusatio, sed per factionẽ poena nimis exaspe rata: apud Heracleam quidẽ aduersus Eutionẽ, Thebis vero aduersus Archium, quos inimici
H peruincẽtes in foro ligari, ac ceruicem ei⁹ annulo ferreo includi fecerunt. Saepe ẽt paucorũ gubernationes dissolutę fuerũt ob nimiam dominationẽ, non probantibus quibusdã ex ipsis qui gubernabãt, hmõi excessum: vt accidit his qui apud Gnidũ, & apud Chium per paucorum potentiã gubernabant. Fiunt etiã casu mutationes illis quę vocantur respublicæ, & gubernatiões paucorũ, vbicũq; à cẽsu sumuntur ad deliberandũ, & iudicandum, & ad cæteros magistrat⁹.
I

Saepe enim constitutus primo censu ad p̃sens temp us, vt participent in paucorũ quidẽ gubernatiõe pauci, in republica vero
*abundantia rerum. medõ, felicitate aliqua superueniente vel p pacẽ, vel per aliam cãm, contingit easdẽ possessiões multo maioris prætõ fieri. itaq; oẽs efficiũtur habiles ad cũctos reipublicæ gradus, dignitatesq; suscipiẽdas. idq; cõtingit interdum sensim & latenter, interdũ ceterius. Paucorũ igit̃ gubernationes mutant̃, & seditionẽ recipiunt per hmõi causas. Omnino autẽ & popularis status, & paucorũ potentiæ conuertũtur interdum non in contrarias species, sed in eas quæ sunt propriꝰ generis: ceu ex institutis popularibus & paucorum, in ipsa propria, & ex illis rursus in ista.
K

De mutationibus optimatum potentia, & earum modis. Cap. 7.

IN optimatibus aũt seditiones fiunt, interdũ quidẽ ex
L eo q̃ pauci sunt honorũ participes, quod in paucorũ gubernatione diximus seditionẽ mouere. nam & optimatũ gubernatio quodammodo paucorũ est: in vtraq; enim pauci gubernãt, non tñ propeer idem pauci, cũ videatur propterea optimatum gubernatio esse paucorũ. maxime vero id accidere necesse est, qñ fuerit multitudo* aliter sen- *magnitudo virtutis, eorũ q̃ magnã de se opinionem præripiunt.
tientiũ, quasi similis fm virtutem. velut apud Lacedęmonios ij qui Partheniæ nuncupabant (ex similibus enim erat) quę deprehensos res nouas moliri, in M
coloniam Tarentum misere. vel qñ aliqui inhonorantur, cũ sint magni, & nihilo inferiores virtute q̃ illi qui honores capiunt, quemadmodum Lysander à regibus. vel quando vir fortis & magni animi non sit particeps honorum: quemadmodum Cinadon ille, qui coniuratione facta per Agesilai tempora, Spartiatas opprimere tentauit.

Præte-

A Præterea cùm alij paupertate nimia præmunt, alij diuitijs abundant: quod maxime in bello cõtingit, & accidit hoc Lacedæmoniis Messenensi bello. Ostendit hoc Tyrtæus poeta in illo carmine, quod inscribit εὐνομία. exhausti enim quidã p id bellũ ac pauperes facti, censebãt agros æqua portione ciuib⁹ esse diuidẽdos. Insurgit siquis magnus & potens, & maior fieri ac solus damnari velit, vt apud Lacedæmonios videtur Pausanias ille fecisse, qui
B dux belli aduersus Medos fuit. et apud Carthaginiẽses Hanno.

Dissoluuntur aũt maxime & respublicæ & optimatũ gubernationes, pp trãsgressionem iustitiæ in ipsis factã. Huius autẽ origo est, non bene temperatam simul esse ac permixtã, in republica quidẽ popularẽ gubernationem & paucorũ, in optimatibus vero ista simul atq; virtutẽ, maximeq; illa duo, popularẽ dico atq; paucorũ. hæc enim &
C multæ illarũ quæ optimates vocant, differunt enim optimates ab illis quæ appellant respublicæ in hoc: & ob id sunt aliq; earũ minꝰ, aliæ magis durabiles. illas enim q magis declinãt ad paucorũ potentiã, optimates appellant: illas vero q ad multitudinem, respublicas vocãt. quapp tutiores sunt istæ, q; aliæ. Fortiꝰ enim est id quod plus est, ac magis acquiescũt æquum habẽtes. Qui vero diuitijs abũdant, si respublica excellentiã eis tribuat, D cõtumelia cæteros afficere pergunt, nec par habentes conquiescunt. Penitꝰ enim ad quãcũq; speciẽ declinet gubernatio ciuitatis, in eam transmutat, vtrisq; suũ augẽtibus: velut respublica ad populũ, optimates ad paucorum potentiã: vel in contraria, ceu optimatũ gubernatio in popularẽ. tanquã enim iniuriã patientes, in contrariũ trahũt, qui magis sunt inopes: respublica vero in paucorũ potentiã transmutat. solũ enim stabile est ſm E dignitatẽ æquum, & habere sua quæ sunt. Cõtigit vero id quod modo diximꝰ, in Thurijs. quod enim à maiore censu erat magistratꝰ, in minorẽ facta est mutatio, et in plures gubernatores: et quia agros totos possidebat nobilitas cõtra legẽ (nam gubernatio eius ciuitatis erat ipsorum) itaq; plus habere poterãt. At populus bello exercitatus, ac potẽtior effectus q; illorũ custodes, nobilitatẽ compulit agros, qui F cõtra legẽ tenebant, dimittere. Insuper quia oẽs optimatũ species ad paucorũ potentiã declinant, nobilitas in illis plus habet: velut apud Lacedæmonios, opes & diuitiæ in paucis sunt, ac magnã licentiã habet nobilitas faciendi quodlibet, & cui velit gratificãdi. quæ causa fuit, vt Locrorum ciuitas interiret, pp Dionysij clientelas. quod nõ cõtigisset ī populari statu, neq; in ea optimatũ gubernatione, quę

optime mixta & temperata fuiſſet. Maxime vero latent optimatũ gubernationes, paulatim ſeſe diſſoluentes: quod quidẽ diſtũ eſt prius vlr de omnibus rebuspublicis, idq; fere cauſas mutationis minuta paruitas appellatur. qñ enim omittit aliquid ex his quæ ad rempublicã pertinent, ac deinde aliud paulo maius, facilius mouẽt, quouſq; totam mouẽt reipublicæ formã. Quod in Thuriorũ accidit republica. cũ enim legẽ haberẽt, per H quam non niſi intermiſſo quinquennio * præturam gerere licebat, iuniores quidẽ rei militaris periti, & apud multitudinẽ famam habẽtes, cũ cæteros, qui in rebus gerendis verſabanť, ſpernerẽt ac faciliter ſe cõſecuturos arbitrarentur, legem totã illam tollere aggreſſi ſunt, lata altera lege, vt liceret continue eoſdem prætores eſſe. At enim magiſtratus qui præerãt ſuffragijs, appellabant vero cõſultores, cõmoti I prius ad reſiſtendum, tñ poſtea deſtiterunt, putãtes, quãuis hac vna lege ſoluta, tñ cæteras eſſe permãſuras. poſtea vero prohibere volẽtes, ne aliæ mouerentť, nihil proficere valuerũt, ſed mutata eſt eorũ reſpublica in potẽtiam eorũ, qui nouas res aggrediebanť. Diſſoluunť vero cunctæ reſpublicæ interdum p ſeipſas, interdum per externam cauſam, qñ cõtraria gubernatio fit, vel propẽ vel longe quidẽ, ſed admodũ potens. quod quidem cõtigit Athenienſibus & Lacedæmonijs. Athenienſes. n. vbiq; K potentiã paucorum: Lacedæmõ niſi vero vbiq; populare ſtatum euerterunt. Vnde igitur rerũpublicarũ mutatiões, ſeditionesq; exoriantur ferè dictum eſt.

De conſeruatione rerumpublicarum modo viginti. Cap. 8.

DE conſeruatione aũt earũ, & cõiter & ſeorſum de vniuſcuiuſq;, conſequens eſt vt dicam*. Illud ergo ante oſa patet, q; ſi ſciamus per L quæ corrumpuntur reſpublicæ, ſcimus ẽt per quæ conſeruãtur. contrariorũ enim contrarij eſt effectus: corruptioni aũt conſeruatio eſt cõtraria. In illis igiť rebus publicis quæ laudabiliter pmixtæ ac tẽperatæ ſunt, illud eſt dligenter obſeruandũ, ne quid ex legibus inſtitutisq; moueatur, maximeq; ab eo cauendũ, quod paulatim repit. latet enim corruptio, quia nõ tanta ſimul fit: decipiturq; mens ab illis, vt ſophiſtica illa rõ, ſi vnũquodq; puſillum, & oſa. hoc aũt eſt vt ſit, & M eſt vt non. totũ enim & oſa non puſillum, ſed cõpoſita ex puſillis. vna igitur cuſtodia aduerſus hoc principium eſt opponẽda.

Deinde non cõfidere his quæ finguntť quodãmodo, & adumbrantť ad populum: reprobãtur enim ex ipſis operibus. qualia vero dicamus rerũpublicarum figmẽta, ſuperius eſt oſtenſum. Intueri licet quaſdã reſpublicas durare nõ ſolũ ex optimatibus, verũ-

* προστα-γῆς.

A verumetiã ex paucorum potentia, non quia per ſe ipſę ſtabiles ſint, ſed quia hi qui gubernant, recte ſe gerunt, tũ erga eos qui ſunt extra rẽpublicam, tũ erga eos q̃ in reipublicę gubernatione verſantur. Erga eos quidem qui non participes ſunt gubernationis, non afficiẽdo ipſos iniurijs, ac pręſtantiores ipſorum ad participationem reipublicæ recipiendo, cupidosq; honoris non deprimẽdo, neq; multitudinem ſuis cõmodis fraudãdo.

B Erga illos vero, qui foris in gubernanda repub. ſunt humane inuicẽ ac populariter ſe gerendo. æqualitas. n. illa, quæ in populari ſtatu affectatur, ea in ſimilibus non ſolum iuſta eſt, verumetiã vtilis. Quamobrem ſi plures ſint in gubernatione reipublicæ conſtituti, eis permulta populariũ inſtitutorum vtilia ſunt: ceu ſemeſtres eſſe magiſtratus, vt oẽs q̃ ſimiles ſunt, adipiſci valeant. ſunt. n. tanquã populus quidam illi, qui inter

C ſe pares ac ſimiles ſunt. itaq; in illis frequenter exiſtunt, velut duces quidã populi, vt prius diximus. Deinde minus in potẽtias incidunt paucorũ gubernationes & optimatea. non. n. ſimiliter facile eſt latere male agẽtẽ in breui tẽpore magiſtratus & in longo. nã ob hoc, in paucorum gubernationibus, & popularibus tyrannides fiunt. aut .n. hi qui maximi ſunt in vtraque, tyrannidẽ inuadũt (hic ductores populi, ibi potentes) vel D qui maximos gerunt magiſtratus, qñ longo tẽpore durãt. Cõ ſeruant aũt reſpublicę, non ſolũ ex eo quia procul ſint à periculis, verum ẽt interdum qa propinquę ſunt. hoſtes. n. formidantes, vigilantius intendũt ad reipublicę cuſtodiam. Itaq; oportet eos qui rempublicam ſaluã eſſe volunt, formidines quaſdã parare, vt caueãt; neq; diſſoluãt quaſi nocturnã quandam cuſtodiã, reipublicę obſeruationem: & quod lõge abeſt, propinquũ E facere. etiã nobiliũ contentiones ſeditionesq; , per leges quoque oportet cuſtodire conari, et qui extra contentiões ſunt eos ante capere, tanquã malum ab initio exoriens cognoſcere non cuiuſuis ſit, ſed ciuilis viri. Ad mutationes vero q̃ pp cenſum fiunt, ex paucorũ potentia atq; ex republica, qñ contingit hoc, manentibus eiſdẽ cenſibus, aut pecuniarũ copia facta, vtile eſt cõſiderare vniuerſum totius ci uitatis cenſum, ac præſens tem F pus ad pręteritum conferre. nã in quibuſdam ciuitatibus cenſus agitur annuatim: in maioribus vero per triennĩũ aut quinquennium. & ſi multiplicatus ſit, ac multo maior fact? quàm prius erat ille, ſin quem ſtatuta fuerat reipublicæ gubernandæ habilitas, lege prouidere vt cenſus vel augeatur vel relaxetur. ſiquidem excedat, augeatur ſm multiplicationem: ſi vero defi-

ciat,

G ciat, relaxetur ac minor fiat cen
sus taxatio. In paucorum.n.gu
bernationibus, et in rebuſpubli
cis niſi hoc fiat, hic paucorũ gu
bernatio,ibi potentia nimia in
ſurget. illo autẽ modo ex repu
blica quidẽ popularis ſtatus,ex
paucorũ vero gubernatiõe reſ
publica, aut populus. Cõe autẽ
eſt et in populari, & in paucorũ
gubernatione & in oĩ republi
ca, neq; augere nimiũ quenquã
ſupra modũ, ſed magis conari
paruos et longi tẽporis honores
H prẽbere, q̃ confeſtim magnos.
corrũpunt.n.nec cuiuſuis ẽ ho
minis proſperitatẽ ferre. Quod
ſi accumulate dati ſint alicui ho
nores, nõ ſunt ſimul oĩa poſtea
auferendi, ſed paulatim. Maxi
me vero lege ita prouidere co
nãdũ eſt, ne alicui nimiũ ſit ex
ceſſiua potẽtia, neq; amicorũ,
neq; pecuniarũ. qđ ſi ita cõtin
gat, p̃ abſentiã remouendę ſunt
hmõi hominũ clientelę. Cũ ve
ro ex priuata etiã vita res nouæ
oriantur, magiſtratus cõſtituẽ
I dus eſt qdã, qui ſit quaſi in ſpe
cula ad mores ciuiũ intuendos,
ne quis ita viuat, vt reipublicę
nocere poſſit. in populari qui
dẽ ſtatu, ne aliene viuat á popu
laritate: in paucorũ aũt poten
tia, ne aliq; á natura eius guber
nationis. Eodẽq; modo de alĩs
ſpeciebus rerumpublicarũ. Et
ſi qd exulteet proſperitateiq; ſit
elatum in ciuitate, p̃ partes ob
ſeruare propter eaſdẽ cauſas. cu
ius remediũ eſt, ſemper contra-

rĩa partibus magiſtratus & res K
agendas committere. cõtrarias
partes voco, ceu pręſtantes vi
ros multitudini, & diuites pau
peribus. Conandũq; eſt vel ad
miſcere pauperes cũ diuitibus,
vel medios augere. hi.n. diſſol
uẽt ſeditiones ob imparitatem
procedentes. Maximũ vero il
lud eſt in oĩ republica & legib⁹,
& * cætera oĩ diligentia conſti- * exemplo
tuendũ, ne ex magiſtratibus lu
cra proueniant. id aũt maxime
in paucorũ gubernatione ẽ ob
ſeruandũ. leuius.n.ferunt popu L
li, qui ab republica excluduntur,
quinimo gaudent, q̃ ſua agere
nõ impediuntur. At ſi exiſtiment
eos qui magiſtratus gerunt ex
republica ditari, duplicẽ capiũt
moleſtiam, & q̃ ab honore ex
cluduntur, & quod à lucro. Vnice
vero cõtingit ſimul exiſtere po
pularẽ ſtatũ & optimatũ, ſi ita
quis inſtituat: foret.n. vt & no
biles & plebei haberent q̃ vtri
que vellent. Licere.n. oĩbus rẽ
publicam gerere popularẽ eſt:
magiſtratus vero à nobilib⁹ te- M
neri, optimatũ. hoc aũt accidit,
qũ ex magiſtratibus nõ proue
nient lucra. pauperes.n. magi
ſtratus nõ volent, ſi nil inſit lu
cri, ſed potius ſuis rebus, pp̃rĩs
intendere. diuites aũt quia non
indigent ex republica lucrari,
magiſtratus gerent. atq; ita cõ
tinget egenis quidem ditari ob
operã rebus ſuis impenſam, no
bilibus vero nõ ſubĵci cuicũq;.
Ad hoc aũt vt nõ ſubripiantur

pecu-

A pecunię publicæ, editio fiat pecuniarū ꝑsentibus ciuibus omnibus, & descriptæ per societates, et ordines, & tribus deponā tur. Quòd vero magistratꝰ sint absq; lucro, statuendi per legē sunt honores, ꝯs q optime se gesserint. Oportet aũt in populari statu diuitibus parcere, ac non mō possessiones eorū nō auferre, sed ne fructus quidē earum: quod in q̄busdā ciuitatibus imprudenter fit. Melius ēt est volē
B tibus prohibere, ne munera illa subeāt q̄ sint magni sumptꝰ, ac nullius vtilitatis, ceu choros exhibere & ludos & faces, sstar Chiorū, & cætera hmōi munera. In paucorū vero gubernatione, cura est pauperū suscipiēda diligēter, & officia quibus sunt salaria cōstituta, istis tradenda. & si quis diuitū eos cōtumelia afficerit, maior pœna est constituenda, q̄: si ipsi inter se idē fecissent. Et successio in hæreditatibus per cognationē sit, non per donationē. nec valeat quis-
C quā plures hęreditates capere, sed vnā solūmodo. Per hunc.n. modū magis æquales erunt facultates, & egenorū ꝓmulti ad abundantiā traducentur. Vtile est & in populari statu, & i paucorū gubernatiōe, aliorum vel æqualitatē vel prę̄tātiā tribuere his qui minus participāt reipublicę. in populari quidē diuitibus, in paucorū vero gubernatione, egenis: exceptis tñ his magistratibus, in q̄bus ius authoritasq; reipublicę consistit. D hi enim solis ꝯs qui sunt ex republica, committi debent.

Quas conditiones habere oporteat præcipuos magistratus ſuſcepturos. De præceptis, quibus popularis ſtatus, aut paucorū potentia ſeruatur.

Cap. v.

TRia vero debēt habere illi, q̄ principales magistratus sunt suscepturi. Primū, vt ament ꝑsentē ciuitatis statū. Deinde, vt habeāt potentiā maximā ad ea exequenda, q̄ E magistratꝰ req̄rit. Tertiū, vt habeant virtutē et iustitiā in vna quaq; republica, ad ipsam rēpublicā. nisi.n. iustū idem sit in cūctis rebuspublicis, necesse foret et iustitię esse dīas. Habet aũt dubitationē, qñ hęc oīa nō concurrūt in eodē, quēadmodū sumere oportet. ceu si sit quidam aptus ad rē militarē, sit aũt ille idē improbus, nec reipublicæ amator: alter vero iustꝰ et amator, sed ad rē militarē nō aptus: F cuius facienda sit electio. Videt inspiciendum esse ad duo, cuius magis participent oēs, & cuius minus. Quapropter in re militari quidē ad peritiā magis q̄ ad probitatē est respiciendum: pauciores.n. sunt rei militaris periti, plures, ꝓbitatis. Cōtra vero, i custodia et administratiōe ꝓrarū: plus.n. probitatis req̄rit, q̄ quantū habeant multi. scīa vero huius cōis est omnibus. Dubitari enim potest, si potentia

G tia adſit reipublicę & amicitia, quid opus eſt virtute? ſufficiēt enim illa duo ad reipublicę vtilitatem. An, quia fieri pōt, vt duo illa habentes ſint intemperantes: itaq; vt ſibi ipſis nō obtemperant ſcientes & amantes ſeipſos, ſic ēt erga rempublicā nihil vetat ita ſe habere quoſdā. ſimpliciter aūt quęcunq; in legibus prodeſſe diximus, cūcta illā rempublicā ſeruare. Et qđ ſæpe iam diximus, maximum fundamētū eſt, cuſtodire vt potentior ſit ea pars, quæ rempublicam ſaluam eſſe velit, q̄ illa quæ nolit. Præter hęc autē oſa, latere non oportet, qđ modo latet eas reſpublicas, quę trāſgrediuntur mediū. Multa.n. q̄ popularia videntur, populare ſtatum diſſoluunt: multa ēt quæ paucorū eſſe vidētur, diſſoluūt paucorum gubernationem. qui vero exiſtimant hāc eſſe vnam virtutem, trahūt ad exceſſum, ignorātes q̄ quemadmodū naſus excedit rectitudinem laudabilem ad aquilinum eſſe vel ſimum, ſed mā adhuc pulchritudinem ac gratiā retinet. at ſi qs magis trahat ad exceſſum, primo quidem abiicit congruentē menſuram partis, tandem vero ita diſponitur, vt non naſus appareat pp̄ exceſsū ac defectū contrarium. eodē mō & de alīs partibus. Contingit aūt hoc & circa alias gubernationes. nam paucorū quidem potentiam, et popularem ſufficienter ſe habere contingit, & ſi tranſgrediant ab optimo ſtatu. q̄ ſi quis intēdat magis vtranq; earū, deterior rem primū faciet rēpublicā, tādē vero neq; rempublicam eē. Quapropter non ignorari opꝰ à legis conditore ac ciuili homine, qualia popularia ſeruent populi ſtatum, & qualia paucorū apparentia euertāt paucorū gubernationem. neutra.n. iſtarū videtur ſtare poſſe abſq; opulētia & multitudine. ſed qñ adæquatio fiat facultatum, aliā neceſſe eſt eſſe rempublicam. itaque diſſoluentes leges quę ſunt circa exceſſum, diſſoluūt reſpublicas. Aberrant vero & in popularī ſtatu, & in paucorū gubernatione. In populari quidē ductores populi, vt multitudinem dominā legū efficiant. ob id.n. faciunt ſemper ciuitatem opulentis repugnantē. at oportebat contrariū videri ſemp dicere pro opulentis. In paucorū vero gubernatiōe pro populo, eos qui rempublicā gubernant. & contra iurare q̄s nunc iurent paucos gubernātes. in quibuſdam.n. ciuitatibus nunc iurāt, populū odio habebo, & cōſilio annitar vt male habeat. expedit aūt ſimulare ac fingere contrariū, atq; ita iuramentū concipere, non afficiā populū iniurijs. Maximum aūt oſum quę dicta ſunt, ad reipublicę ſtabilitatem eſt id, q̄ nunc paruifaciūt oēs, erudiri ad reipublicæ diſciplinā. nihil.n. proſunt vtiliſſimæ

leges

* incongruentes.

A leges q̃ à gubernatoribus decer
nuntur, niſi moribus inſtituti
& diſciplina imbuti in republi-
ea hoſtes fuerint: ſi leges popula
res, populariter: ſi paucorũ po
tentiq; ad hanc ipſam guberna-
tionẽ. Nam ſi eſt in vno intem-
perantia, eſt ẽt in ciuitate. diſci-
plina autem reipublicæ eſt, non
ea facere per q̃ lætẽtur pauci po
tentes aut populares, ſed per q̃
valeant, illi quidem paucorum
gubernationem tenere, hi vero
populare. Nunc aũt in pauco-
B rum potentia, gubernatorum ſi
lĩ delitĩs intendunt: tenuiorũ
aũt filĩ gymnaſiis laboribusq;
exercẽtẽ. itaq; & volunt magis
& poſſunt res nouas moliri. In
populari vero ſtatu, qui maxi-
me vĩ eſſe popularis, contra q̃
vtile ſit conſtitutũ eſt. huius rei
eã eſt, q̃ male definiunt liberta-
tẽ. Duo ſunt. n. quibus popula-
ris ſtatus, definitur, poteſtate
ſumma populi, ac libertate. Iu-
ſtum aũt æquum videtur eſſe.
æquum vero quodcunq; videa
C tur multitudini, id eſſe ſtabili-
ſcipuũ. tum *. liberum aũt & æquũ q̃d-
cunq; velit quis facere. itaq; vi-
uit vnuſquiſq; vt vult, in hmõi
populari ſtatu, & ad q̃d gliſcit,
vt ait Euripides. Sed hoc ẽ prau-
um. non. n. putandum eſt eſſe
ſeruitutem, viuere ad formã rei
publicæ, ſed ſalutẽ. Ex quibus
igitur mutantur reſpublicæ &
corrumpuntur, & per quæ ſer-
uantur & permanent. vt ſim-
pliciter dicamus, tot & talia ſunt.

De mutationibus regni, & tyran-
nidis. *Cap.* 10. D

REſtat nũc videre de vnio
gubernatione, ex qui-
bus corrumpatur, et per
quæ ſeruari valeat. Ferẽ autem
ſimilia ac propinqua ſunt illis,
q̃ diximus ſuprà de cęteris gu-
bernationibus, illa quę circa re-
gnum, et circa tyrannidem cõ-
tingunt. nã regia quidem pote-
ſtas optimatum gubernationi
reſpondet. Tyrãnis aũt, ex pau
corum potentia illa poſtrema,
& ex populari cõponitur. qua- E
propter perniciosiſſima eſt his
qui ſub ea ſunt: vtpote ex duo-
bus cõpoſita malis, & trãſgreſ-
ſiones & delicta continens, quę
ex ambabus illis prouenium̃t.
Exiſtitq; generatio ſtatuum ex cõ
trariis vtriq; iſturũ. nam regia
poteſtas pro tutela præſtãtium
virorum contra populum rẽ-
ta eſt: & fit Rex ex ꝓſtantibus
per excellentiã virtutis, vel re-
rum geſtarum quæ ſint à virtu
te, vel per excellentiam hmõi F
generis. Tyrannus vero origi-
ginẽ habet à populo ac multitu
dine, cõtra nobilitatẽ, vt popu-
lus iniuriam ab illis non patiat.
Patet hoc ex ipſis his quę conti
gerunt. ferẽ. n. tyranni vt pluri
mũ facti ſunt ex ductoribus po
pulorũ, fidẽ adepti ab initio ꝓp
calũnias contra nobilitatẽ ia-
ctas. Tyrannides igitur aliæ in
hunc modũ conſtitutę ſunt, ci-
uitatibus iã adauctis. Alię prius
ex regibus tranſgrediẽtibus pa-
tria

G tria iura, et affectantibus magis dominari. Alię ex electis ad prīcipales magiſtratus: antiquitus n. populi conſtituebant diuturniores adminiſtrationes & procurationes. Alię ex paucorum potentia, eligentiū vnū aliquē ad maximos magiſtratus. Ob⁹ iſtis modis facultas fuit id perficiendi, ſi mō voluiſſent, per potentiā ſibi pręexiſtētē, vel ex regia poteſtate, vel ex honoribus à populo exhibitis. ceu Phidon apud Argos, & alīj alibi regiam
H poteſtatē habētes tyranni ſunt facti. circa Ioniā vero tyranni, & Phalaris, ex honoribus. Pane tius quoq; in Leontinis, & Cypſelus Corinthi, & Piſiſtratus Athenis, & Dionyſius Syracuſis, & alīj eodē mō ex fauore populorū, apud quos multū poterant. Vt ergo diximus, regia poteſtas inſtituta ē ſm optimatum gubernationē. eſt. n. ſm dignitatē, vel per virtutem propriam, vel generis, vel per beneficia collata, vel p iſta ſimul
I ac potentiā. Omnes. n. qui maxima bīficia in ciuitates gentesq; contulerūt, vel qui eā facultatē habuerunt vt conferre valerēt, hoc honore potiti ſunt, alīj bello conſeruatis populis ne in ſeruitutē deuenirent, quēadmodū Codr⁹. alīj à ſeruitute liberatis, vt Cyrus. alīj q; cōdidiſſent vrbē, vel q; regionē acquiſiſſent, quēadmodū Lacedęmoniorū, & Macedonū, & Moloſſorū reges. Vult aūt rex eſſe cuſtos, vt qui diuitias habēt, nihil iniuſtū K
G cura magiſtratus quidē eſt conſtituendus, cuius officiū ſit circa cōtractus & circa honeſtatē. nam cunctis ferē ciuitatibus neceſſarium eſt, emptiones, vendi tionesq; fieri inuicē, pro vſu rerum neceſſariarū. & hæc facultas maxima & expeditiſſima ē ad eandem ſufficientiam conſequendam, cuius gratia in vnam videntur cōuenisſe reipublicæ ſocietatē. Altera vero cura huic coniūcta ac propinqua eſt circa vrbē, de publicis priuatisq; re-
H bus, de ædificatione decenti, de viarū conſeruatione ac directione, de finib⁹ regēdis, vt ſine querela ſint, & de ſimilibus. vocant aūt hmōi magiſtratū ędilitatē. partes eius vero ſunt plures, vt magnis ciuitatib⁹ aliæ ſup aliis incidunt: ceu mœnibus reficiendis præfecti, & fontium curatores, & portuum conſeruatores. Alia vero eſt cura, & quidē neceſſaria atq; huic propinqua. nā de eiſdem rebus, cæterum nō in vrbe, ſed extra vrbē in agro verſatur. vocant autē hmōi magi-
I ſtratū, *alij definitores. alij cuſtodes agrorū. hæc igitur procurationes ſunt tres. Eſt & alius magiſtratus, ad quem redditus publici referunt, qui apud eos conſeruati, mox diſtribuunt ad ſingulas opportunitates. vocāt vero iſtos, receptores, & q̄ſtores.

Alter vero magiſtrat⁹ eſt, apud quē præſcribi oportet priuatos cōtractus, & ſentētias iudicum, apud quos ēt poſtulationes vocationesq; in ius p̄ſcribi debēt. K quibuſdam in locis hmōi magiſtratū diuidūt in partes plures. ſed eſt vna eademq; authoritas iſtorū omniū: appellantesq; eos, q hunc magiſtratū gerūt, tum p̄fectos, tum memoriales, vel ſimilib⁹ nuncupationib⁹. Qui vero poſt hunc ſequit, ſum: ne neceſſarius eſt, ac difficillimus oīum magiſtratuum. verſat aūt circa executiones eorū qui damnati ſunt, & circa eorum pœnas atq; cuſtodias. Eſt aūt grauis hmōi adminiſtratio pp multas q̄ inde L proueniūt inimicitias. itaq; niſi magna emolumēta ex eo capiātur, gerere illū oēs recuſant. & ſi gerant, ſm leges facere non tolerant. ſed eſt neceſſaria res. nā nihil prodeſſent de reb⁹ iuſtis iudicia aut ſnīæ, niſi forēt qui eas executioni mandarent. quare ſi hæc deſint, cōio inter ſe ciuium permanere nō p̄t. Propterea melius eſt nō vnū hunc eſſe magiſtratū, ſed partiri in plures, vt alij de alijs iudicia exequant. & M circa actiones eodē mō conandum eſt diſtinguere. adhuc etiā magiſtrat⁹ alios alijs exequēdis, & nouorū magis nouos: & p̄ſentiū alio cōdemnāte, alij ſunt q exigāt, ceu p̄tores vrbani ædilium cōdemnationes, ac rurſus iſtorū alij. quāto enim min⁹ inimicitiarū ſit iſtis qui executioni demādant, tāto magis res finem ſuſcipiēt. Si ſint ergo ſ̄dē qui cōdemnāt et q cōdemnationes exigunt, duplex contrahitur odiū.

in

* alij agrorū definitores. alij ſyluarū cuſtodes.

A ĩ omnibus aũt eoſdem, cunctis inimicũ eſt. Multis ẽt locis ſeparaſſe qui cuſtodit reos, ab illo qui animaduertit ſ eos. vt Athenis illi, q̃ vndecimuiri nũcupãt. Quapp melius eſt hunc quoq; diuidere magiſtratum, & quaſi adũbrare & mitigare: eſt enim neceſſarius nõ min⁹ q̃ ſuperior. Cõtingit q̃ ſ eo, vt viri boni maxime vitent hoc officiũ: prauos aũt nequaquã tutũ ſit ei præficere, cũ ipſi potius indigeant coſtodia & carcere, q̃ alios debeãt

B cuſtodire. Itaq; oportet hoc non vnũ eſſe officium, neq; cõtinuo ab eiſdẽ fieri, ſed vbi eſt aliquis iuniorũ ordo, aut cuſtodũ, aut magiſtratuũ, deputãdi ſunt pro tpe ali⁹q; alĩ, qui horũ officio rũ ſuſcipiãt curã. Hos ergo magiſtrat⁹ tanquã ſumme neceſſarios ponendum eſt eſſe primo.

Poſt hos aũt alĩ ſunt magiſtratus, nec ſane min⁹ neceſſarĩ, & maioris quidẽ dignitatis. nã plurima indigẽt experiẽtia & fide. Tales vero ſunt circa cuſtodiã

C vrbis, & circa illa oſa quæ ordinanẽ ad bellicas expeditiones. opus eſt. n. & in pace & in bello g multis. nã & mœnia ciuitatis curãda tuẽdaq; ſunt, & diſquiſitiones deſcriptionesq; ciuium agẽdæ. Alicubi ergo ſup his plures ſunt magiſtrat⁹, alicubi pauciores: veluti in paruis quidem vrbib⁹ vnus ſup oĩbus. appellãt vero hos prætores vel conſules.

Inſup ſi ſint equites, aut pedites, aut ſagittarĩ, aut turba naualis, ſup vnoquoq; eorũ ꝓfecti D quidẽ ſtatuunt: appellãturq; ꝓfecti equitũ, ꝓfecti legionũ, ꝓfecti nauales. & ſeorſum ſub his ꝓfectus triremis, ꝓfectus cohortis, tribunus militum, & alia hmõi particularia. totũ vero vna quædam ſpẽs eſt, procuratio ſcilicet rerũ bellicarũ. & erga hmõi magiſtratum, hoc modo ſe habet. Cũ vero quidã magiſtratuum, & ſi nõ oẽs, pertractẽt multa negotiorũ publicorum, neceſſe eſt eſſe aliũ magiſtratũ, qui rõnes repetat atq; corrigat, ipſe vero E nihil tractet. vocãt vero hos alĩ correctores, alĩ rõnales, alĩ ſcrutatores, alĩ, pcuratores. Præter hos vero oẽs magiſtrat⁹ vnus ẽ maxime principaliſſim⁹ oſum, idẽ enim plerunq; habet finẽ & introductionẽ, qui ꝓſidet multitudini, vbi populus dominat. Oportet aũt id quod cogit, ſummam habere ſ republica authoritatẽ. appellant vero quibuſdã in locis Præcõſultores ex eo, qa ante deliberant: vbi vero multi

F tudo eſt, conſiliũ magis. Ciuitatum igit magiſtrat⁹ ferẽ tot aliqui ſunt. Alia ſpẽs curationis ẽ circa rem diuinam, ceu ſacerdotes, & æditui circa tẽpla: vt conſeruenẽ quæ ſunt, & erigant ruinoſa ædificia, & cętera oſa quæ pertinẽt ad diuinũ cultum. Euenit aũt alicubi curã hãc eẽ vnã, vt in paruis ciuitatib⁹. alibi vero plures ſeparatas à ſacerdotio, vt ſacrificuli, ac æditui, & cuſtodes ſacrarũ pecuniarũ. Huic cõ-

G sequẽs est illa, quæ circa sacrifi-
cia publica, quotcunq; sacerdo-
tibus, lex nõ cõmittit, sed ex pu
blico fiũt. vocãt aũt eos qui istis
præsunt, alĩ Reges sacrorũ, alĩ
Põtifices maximos. Necessaria
ergo officia sunt circa hæc, vt il-
la repetamus, circa rem diuinã,
circa rẽ bellicã, circa reddit⁹ pu
blicos & impẽsas, circa forũ, cir
ca vrbẽ & port⁹ & regionẽ: in-
sup circa iudicia, & cõtract⁹, po
stulationes, & executiones, & cu
stodias, & sup rationibus, & dif
H quisitionib⁹, & sup correctioni-
bus eorũ quæ qs gesserit in ma-
gistratu, & postremo circa cõsi-
lia rerũ cõium. Propria autem
earũ ciuitatũ quę magis pacatæ
atq; trãquillæ, sunt, curã facere
de mulierũ disciplina, de legib⁹
seruãdis, de disciplina iuuentu-
tis, de gymnasiorũ gubernatio-
ne: præterea de ludis gymnasti-
cis ac musicis, & si qua alia hu-
iuscemodi spectacula continget
fieri. Horũ vero quædã manife-
I stæ sunt nõ popularia, veluti di
sciplina mulierũ & puerorum.
nã pauperib⁹ necesse est vti mu
lieribus, & pueris tanquã mini-
stris, quoniã seruos nõ habent.
Cumq; tres sint magistratus,
p quos assumũt quidã summas
potestates, cõseruatores legũ, &
præcõsultores, & consiliũ: cõser
uatores legum optimatũ magi-
strat⁹ est, p̃cõsultores vero pau-
corũ potẽtia, consiliũ aũt popu
lare. De magistratibus ergo, vt
in figura, ferè dictũ est de oĩb⁹.

ARISTOTELIS POLITICORVM LIBER SEPTIMVS.

SVMMA LIBRI.

De optima vita, ac ciuitate beata. De eius communionis multitudine, rebus maximis constãt, partibus, finibus bonorum, ꝙdnam, ac locis varijs. De ciuili institutione. De cõiugio, filiorũ procreatione, victu, ac institutione.

De optima vita, & ciuitate beata.
Cap. 1.

DE optima republica recte querere volenti, necessariũ est prius determinare, quæ vita sit maxime expetenda: nam si id ignorũ sit, necesse est & optimã rempublicã ignorari. optime enim agere cõsentaneum est, qui sub optima reipublicæ disciplina regun*tur*, ex his quæ sibi *sunt*, *nisi* quid accidat præter rationem. Quare primo statuendum est, quæ vita sit cunctis, vt ita dixerim, maxime optanda: deinde
M *vtrum publice & priuatim eadem* sit, an alia. Putantes igitur multa sufficienter esse dicta de optima vita, etiã in externis sermonibus, & nũc illis vtendum censemus. Nempe aduersus hãc diuisionem nemo vtiq; refraga*bitur*, ꝙ *tria cùm sint bonorum* genera, externa, corporis, & animi, ista omnia adesse felici homini oportet. nemo enim felicẽ diceret eum, qui nullam partẽ fortitudinis habeat, neq; tempe

rantiæ,

A rãtiæ, neq; iuſtitiæ, neq; pruden
tiæ, ſed timentem etiam circun-
uolantes muſcas. temperantem
vero à nulla penitus edendi bi-
bendiq; extrema cupiditate, &
grana quadrãtis vnius dilectiſ-
ſimos interficiẽtem. ſimiliter &
mẽtẽ tam ſtultum atq; ignarũ,
quaſi puerum quendam vel in-
ſanum. Sed iſta quidẽ ſic, vt di-
cta ſunt, omnes concederent.

Diſcordant tamen in quanto
atq; exceſſu. nam virtutis qui-
B dam ſatis habere ſe putãt, quan-
tulumcunq; habeant: diuitiarũ
vero atq; pecuniæ, potẽtiæq; &
famæ, & huiuſmodi omniũ infi
nitum exceſſum ſequuntur. At
vero nos illis dicemus, quia faci
le eſt de his ẽt per opera ipſa fi-
dem ſuſcipere, cernentes, quia
hoies acquirunt & conſeruant
non virtutes externis bonis, ſed
externa virtutibus. Ipſaq; beata
vita, ſiue ſ gaudio poſita eſt, ſiue
in virtute, ſiue in ambobus, ma
gis exiſtit moribus & intellectu
in exceſſu ornatis, mediocria ve
C ro externa poſſidentibus, q̃s his
qui in externis plura poſſident
q̃ op⁹ ſit, & qui in illis deficiũt.
Quinetiã rõne licet hoc probe
intueri. nã externa quidẽ bona
finem habent tanquam inſtrm
quoddam. oẽ aũt vtile tale eſt,
vt exceſſus vel noceat habenti,
vel certe nil proſit. At bona ani-
mi, quãto magis excedũt, tanto
magis vtilia ſunt: ſiquidẽ nõ ſo-
lum honeſti, verũetiã vtilis ap-
pellationem tribuere illis op⁹.
Omninoq; patet, q̃ ſequi dice- D
mus diſpõnẽ optimã cuiuſq; rei
ad inuicẽ, ſm exceſſum diſtãtiæ
illorũ, quorũ dicimus eas eſſe di
ſpoſitiones. Quare, ſi eſt anima
ꝑcioſior corpore & pecunijs, &
ſimpłr & nobis, neceſſariũ eſt et
diſpõnem veriuſq; optimã eodẽ
modo illas correſpõdere. Inſup
animi gr̃a illa expeti nata ſunt,
& ita recte ſentientes expetere
oẽs oportet, non aũt animũ gra
tia illorũ. Quod igit̃ felicitatis
tantũ vnicuiq; cõtingit, quan-
tum virtutis atq; prudentiæ, & E
quantũ ſm has operatur, confeſ
ſum nobis exiſtat, teſte Deo fre-
tis dicente, felicẽ eſſe atq; beatũ,
nõ per aliquid externorũ, ſed ꝑ
ſeipſum, q̃a talis eſt ſm naturã.
Cum & bonã fortunã aliud eſſe
q̃ felicitatẽ, propter hęc neceſſa
rium eſt. nã externorũ quidem
bonorũ cauſa eſt fortuna & ca-
ſus: at iuſtus & tẽperatus nemo
à fortuna eſt, neq; per fortunã.

Cõſequens vero eſt, & ijſdem
rationibus cõſentaneũ, ciuitatẽ
quoq; beatã eſſe quę optima ſit, F
& quę bene agat. impoſſe autem
bene agere eos, q̃ bona nõ agãt.
nulla vero bona actio ẽ neq; vi-
ri neque ciuitatis, ſine virtute
atq; prudẽtia. Fortitudo aũt &
iuſtitia et prudẽtia ciuitatis ean
dem habẽt vim ac formã ijs, ſm
quas vnuſquiſq; hominũ dicit̃
iuſtus, & prudens, & tẽperatus.
Sed hęc hactenus pręmiſſa ſint.
neq; enim nõ attingere illa poſ-
ſibile fuit, neq; oĩno oẽs eorum

G rationes explicare. nam alterius oth iſta ſunt. Nunc aũt ſuppona tur nobis, q vita optima, & priuatim vnicuiq & publice ciuibus eſt cũ virtute, intantũ externis facultatibus adiuta, vt actiones ſtudioſas conficere poſſit. Sed de his nũc prætermiſſis, poſtea cõſiderandũ erit, ſi quis forſan dictis non acquieſcit.

An eadem ſint felicitas, & optima vita. An contemplatiua, an actiua vita ſit præferenda. De optima reipub. diſpoſitione, placitis aliorum, & officio legislatoris.

H Cap. 2.

VTtrum aũt eadem ſit dicenda felicitas ſingulorũ hominũ & ciuitatis, vel nõ eadem, reliquum eſt videre. Manifeſtũ vero et hoc: oẽs enim fatererẽtur eſſe eandem. nam quicunq in diuitijs beatã vitã poſuerunt, hi ciuitatẽ quoq otã, ſi opulẽta ſit, beatã fatebuntur. Et quicunq tyrãnicam vitam alijs præferũt, hi ciuitatẽ late dominantẽ beatiſsimã eſſe dicent. Qui vero id vnũ per virtutẽ recipit, is & ciuitatẽ beatiorem dicet, ſi ſit ſtudioſior. Sed hæc iã duo ſunt, quæ indigẽt cõſideratione. Vnũ, nunqd vita illa preferenda ſit, quæ verſat in republica & in cõi ſocietate, an potius vita peregrina, & â ciuili ſocietate remota. Præterea quã ſpeciem reipublicæ, & quam diſpoſitionem ciuitatis optimam putare debemus, ſiue ab omnibus expetenda ſit cõmunio ciuitatis, ſiue à quibuſdam non, ſed tamẽ à pluribus. Cũm vero ciuilis intelligentiæ & ſpeculationis hoc ſit opus (non aũt circa vnumquodq expetendum) preferamus & nos hanc conſiderationem. nam illud quidẽ extra propoſitũ eſſet, hoc autem ſm propoſitum huius inueſtigationis. Quòd igitur neceſſarrũ ſit illam eſſe optimam rempublicam, p cuius inſtitutionẽ vnuſquiſq optime agat, & beate viuat, manifeſtum eſt. Sed dubitatur etiam ab ijs, qui vitam cũ virtute maxime eligendam putant: vtrum vita ciuilis & actiua ſit præferenda, an potius illa vita, quæ ſit ab omnibus externis ſoluta, ceu contemplatiua: quã ſolam putant quidam eſſe ſapiẽtis. Ferè enim has duas vitas, præſtantiſſimi ad virtutem noſes anteponere videntur, & antiqui, & recẽtes. dico aũt duas, ciuilem, & philoſophicã. Sed refert non parũ, vtrũ hoc vel illo modo veritas ſe habet, neceſſe eſt enim illũ qui recte ſapit, ad melius propoſitũ ſe diſponere. M & priuatim vnumquẽq hominem. & publice ciuitatẽ. Putant aũt quidã in gubernando alios, ſi cũ dominatu fiat, iniuriã eſſe ſummã, ſi ciuiliter ceſſare quidẽ iniuriã, ſed ſpediri vitæ trãquillitatẽ. Alij vero cõtra hæc, omnino putãt ciuilẽ & actiuã vitã ſolam eſſe viri. in ſingulis enim virtutib⁹ nulli eſſe maiorẽ operandi facultatẽ, q̃s his qui in reipublicæ gubernatione verſant.

S.nt

A Sunt etiã qui alĳs dominari, & tyrannicum reipublicæ modum putãt ſolum eſſe beatum. & in quibuſdam ciuitatib⁹ hic eſt finis legum, vt finitimis dominentur. Itaq; cùm pleraq; cõſtituta paſſim (vt ita dixerim) iaceant apud plurimos, tamẽ ſi quid vnũ leges reſpiciũt, id conſectant oẽs, vt ciuitas dominet. Sicut in Lacedæmone & Creta, ad bellum ferè ordinata eſt diſciplina iuuẽtutis, & legum multitudo. Præterea apud gẽtes oẽs, B quæ poſſunt prævalere, hmõi honoratur potentia: ceu apud Scythas, & Perſas, & Thraces, & Gallos. Quibuſdã enim leges ſunt ad hmõi prouocantes virtutem, vt apud Carthaginenſes ferunt ornatũ annulorũ accipere pro numero expeditionũ, in quibus militauerint. Fuit etiam qñq; in Macedonia lex, eum qui nullũ hoſtem interfeciſſet, capiſtro cingi. Apud Scythas vero nõ licebat ſolẽnibus epulis patC ram circũlatam accipere ei, qui nullũ occidiſſet hoſtem. Apud Hyberos quoq; pugnacẽ gentẽ, tot obeliſcos erigere circa ſepulchrũmos eſt, quot hoſtes ex numero hoſtium necauerit. Et alia apud alios ſunt hmõi cõplura, legib⁹ aut moribus conſtituta.

Atqui videret forſan nimis abſurdũ eſſe, ſiquis cõſiderare velit, an hoc propoſitũ eſſe debeat eius, q legib⁹ inſtituit ciuitatẽ, prouidere ſcilicet, vt illa dñetur finitimis, & volẽtib⁹, & inuitis. Quomodo enim id ciuile, aut le D ge ſanciendũ, quod ne legitimũ quidẽ eſt? neq; enim legitimũ, nõ ſolum iuſte, verũetiã iniuſte dominari: ſubdere vero ẽ, & nõ iuſte. Atqui nec in alĳs ſcientĳs ita videmus. nec enim medici, neq; gubernatoris eſt, vel pſuadere ægrotis & nautis, vel vim afferre. Sed pleriq; videnť exiſtimare ciuilẽ diſciplinã eſſe dominari, & qđ in ſeipſos fieri nolent, hoc in alios facere nõ erubeſcunt. ipſi pro ſe iuſtitiã querũt, pro alĳs vero nulla eis iuſtitiæ E cura eſt. Hoc aũt abſurdũ, niſi tales ſint natura, vt alter dñari debeat, alter nõ. Quõd ſi eſt ita, nõ eſt conandũ oĩbus dñari, ſed illis dũtaxat qui dñabiles ſunt. ſicut nec venari hoſtes ad menſam vel ſacrificium, ſed illud qđ venabile eſt. eſt aũt venabile oẽ animal, quod ſit natura ferũ & eſui aptũ. Enimuero fieri põt, vt ſit ciuitas vna ſeorſum p ſeipſam beata, videlicet ſi gubernetur recte. nã poteſt eſſe ſita in lo- F co penitus ſeparato, & legibus vti laudabilib⁹: cuius reipu. cõſtitutio, non ad bellũ neq; ad ſuperandũ hoſtes ſit. Patet igiť q rei bellicæ ſtudia bona ſunt exiſtimãda, ſed non vt finis ſuprem⁹, ſed gr̃a illius. Studioſi aũt legũ poſitoris eſt cõſiderare vrbem, ac naturã hominũ, & oẽm aliam cõionem vitæ laudabilis, quo participẽt, quantũ fieri poteſt, felicitatem. Differẽtia tamẽ erit in quibuſdam cõſtituẽdis.

G & hoc pertinet ad eandem diſci
plinã quæ eſt de legibus ponen
dis, videre, ſiqui ſunt finitimi
populi, qualia ad quales exercẽ
da ſint, & quẽadmodũ cum ſin
gulis conuerſandum. Verum de
hoc poſtea ſuo loco cõſideratio
nem faciemus, ad quem finem
debeat optima reipublicæ con
ſtitutio tendere.

De controuerſia in vſu vitæ cum virtute, dominatu & præſtantia vitæ contemplatiuæ. Cap. 3.

H AD cõfitentes aũt vitã cũ
virtute eſſe maxime reci
piendã, ſed cõtendentes
de illius vſu, dicẽdum eſt nobis
ad vtroſq;. Sunt enim qui deſpi
ciunt magiſtratus ciuitatis, pu
tantes ingenui hominis eſſe aliã
vitã q̃ ciuilis, & oſtbus prẽferen
dam. alĩ vero hanc optimã pu
tant. impoſſe enim nihil agentẽ
bene agere. be ne aũt agere ac fe
licẽ eſſe, idem eſt. Vtriq; eorum
quædã dicũt recte, & quædã nõ
recte. nam liberi quidẽ hominis
vitã meliorem eſſe, q̃ in domi
I nando occupati verũ eſt. nihil
enim egregium eſt, ſeruo vti in
quantũ ſeruus. iuſſus enim dñi
in rebus neceſſariis nihil habet
decorũ. At putare omnẽ guber
nationem eſſe dominationẽ, ne
quaquã eſt verũ. non enim mi
nus diſtat liberorũ gubernatio
à dominatione ſeruorũ, q̃ differ
rat natura liber à natura ſeruo:
de quo ſufficiẽter ſuperioribus
libris determinatũ fuit. Sed lau
dare magis nihil agere q̃ agere,
non eſt rectũ. nam felicitas actio K
eſt. præterea multorũ & præcla
rorũ finem habent, iuſtorũ tem
peratorumq; actiones. Quinim
mo reſpõdebit fortaſſe aliquis,
q; poteſtatẽ habere optimũ eẽt.
ſic enim plurimas ac pulcherri
mas res agere poſſet. Itaq; is qui
dñs agẽdi eſſe poteſt, hanc facul
tatẽ dimittere alĩs nõ debet, ſed
ſibi arripere. & neq; filiũ patris,
neq; parentẽ filĩ, neq; amicum
amici hac in parte rationem ha
bere. nã quod optimũ ſit, id no
biſipſis adſciſcere debem⁹. opti- L
mum autem eſt bene agere. Hoc
illi forſan recte dicerẽt, ſi modo
exiſteret afferẽtibus ac violan
tib⁹, illud quod eſſet omniũ ma
xime optandum, ſed fortaſſis id
fieri non poteſt, falſoq; hoc ſup
ponũt. Nõ enim amplius bonas
actiones illas eſſe contingit, niſi
tm̃ ipſe præſtet quantũ vir mu
lieri, & pater filĩs, & dñs ſeruo.
Quare is qui violaret, nihil tm̃
proficeret poſtea, quantũ iam à
virtute ipſa receſſit. paribus enĩ
honeſtũ & iuſtum in parte. hoc M
enim iuſtũ ac par. non par autẽ
paribus, & nõ ſiſt ſimilibus, prę
ter naturã eſt. nihil aũt bonum,
quod ſit prẽter naturã. Quapro
pter & ſi alius quidẽ ſit melior
ſm̃ virtutẽ, & ſm̃ potentiã actũ
uam in rebus optimis, hunc ſe
qui honeſtũ eſt, & huic parere
iuſtũ: ſed oportet illi nõ virtutẽ
ſolum, verũetiam potentiã exi
ſtere, per quã ſit actiuus. Quòd
ſi hæc vera ſunt, & felicitas in

bene

A bene agendo eſt reponenda, & publice totius ciuitatis, & priuatim ſingulorum vita illa erit optima, quę ſit actiua. Verumtamen actiuam non eſt neceſſariũ eſſe ad alios, quẽadmodũ quidã putãt. neq; eas meditationes ſolum eſſe actiuas, quæ gratia eorum fiunt, quæ ex agendo prouueniunt, ſed multo magis quæ in ſeipſis perfectæ ſunt ac ſuũpſarum gratia fiunt contẽplationes & meditationes. bene agere.n.finis eſt: quare & actio q̃dam. maxime aũt proprie dicimus agere ẽt externis actionib⁹ eos, qui intelligẽtia & cogitatione operibus præſunt, vt architecti. Quinimo neq; ſine actiõe eẽ neceſſarium eſt eas ciuitates quæ poſitæ ſint in ſolitudine, et ita viuere eligẽtes. fieri.n. poteſt vt partibus inter ſe agere cõtingat. multę.n. communicationes adhuicẽ ſunt partib⁹ ciuitatis. Similiter aũt hoc exiſtit vnicuique homini. vix.n. Deus bene ſe haberet, & mũdus totus, qui C bus non ſunt actiones externæ præter propriasipſorũ. Quòd igitur neceſſarium ſit eandẽ eſſe vitã optimam priuatim vnicuique hominum, & publicæ ciuitatibus, & hominibus, manifeſtum eſt.

Quanta debeat eſſe multitudo ad conuenientẽ ciuitatis magnitudinẽ. Ca. 4.

CVm vero iſta nunc p̃miſſa ſint, ac de alĩs reb⁹ publicis fuerit pri⁹ à nobis conſideratũ, de reliquis dicẽdi initiũ faciamus, quales aliquas D ſuppoſitiones eſſe oportet ꝓ ea ciuitate, quæ maxime ſm votũ ſit conſtitutionem ſuſceptura. Neque.n. fieri põt vt optima ſit reſpublica niſi opportunæ aſſint facultates. ex quo neceſſe ẽ multa præſupponere quaſi optantes, eſſe tñ nullum eorum impoſſibile: dico aũt ceu de multitudine ciuium, ac de regione. Vt enim cæteris artificibus, puta textori & nauiculario, materiam ſubeſſe oportet aptam ad E opificium: nam quanto melior hæc exiſtit, tanto id quod fit ex arte, erit præclarius: ſic et gubernatori reipublicæ & legum poſitori oportet propriam ſubeſſe materiam apte ſe habentẽ. Eſt autem ciuilis facultatis primo videre de multitudine hoſum, q̃ multos & quales natura eſſe oportet. De regione quoq; eodẽ modo, & quanta & qualis eſſe debet. Putant pleriq; magnã eẽ debere beatam ciuitatẽ. id & ſi verũ eſt, ignorare tñ videntur F qualis magna & qualis parua dicenda ſit ciuitas: exiſtimant .n. magnam ex numero habitãtium. Sed oportet nõ tñ ad numerũ, ſed magis ad potentiã reſpicere. eſt.n. ciuitatis opus q̃dam. quare q̃ maxime id efficere põt, hanc exiſtimandũ eſt eẽ maximam ciuitatẽ. ceu Hippocratẽ, non hominẽ, ſed medicũ quis diceret eẽ maiorem quàm alium, qui magnitudine corporis eum excedat. Quinimmo ſi

ex

G ex multitudine iudicãdũ ſit, nõ ex quauis multitudine id ẽ exiſtimandũ: neceſſe eſt.n. forſan in ciuitatibus eſſe ſeruorum, & inquilinorũ, et hoſpitum grandẽ numerum, ſed ex ñs qui ſunt par ciuitatis, & ex quibus ciuitas conſtat. horum .n. præcellẽs multitudo ſignum eſt magnę ciuitatis. ex qua vero ciuitate operarij quidem permulti exeunt, bellatores aũt pauci, hãc impoſſibile eſt eſſe magnã. non.n.idẽ eſt magna ciuitas & populoſa.

H quinetiã re & effectu patet, qa difficile eſt & forſan impoſſibile, vt quę nimiũ populoſa ſit ciuitas, optime gubernet. Earum certe q̃ bene gubernari dicunt, nullam videmus in populoſam multitudinẽ eẽ diffuſam. Patet ẽt ex rõnũ fide. nã lex ordinatio quędã eſt, & bonã legis poſitionẽ neceſſariũ eſt eſſe bonã ordinationẽ. at multitudo nimium magna nõ põt recipere ordinationẽ. diuinæ .n. potẽtię id opus eſſet, quę & hoc totũ continet,

I cũ & bonum quidẽ in multitudine ac magnitudine conſueuit fieri. quapp & ciuitatem illam, cuius cum magnitudine dictus terminus exiſtit, optimam eſſe neceſſe eſt. Sed eſt quædã menſura magnitudinis ciuitati, quẽ admodũ & aliorũ omniũ, animalium, plantarũ, inſtrumentorũ. nam horũ ſingula, neq; parua nimiũ, neq; magnitudine exceſſiua ſuã potẽtiã retinebunt, ſed aut deſtituta erũt oĩno à natura, vel male ſe habebunt. Ceu k nauis vnius palmę nõ erit peritus nauis, neq; duorũ ſtadiorũ: ſed ſi proceſſerit ad aliquã magnitudinẽ, qñq; pp paruitatem male faciet nauigationem, qñq; pp exceſſum. ita & ciuitas, ſi exnimium paucis ſit nõ eſt per ſe ſufficiens: ſin ex nimiũ multis, ſufficiens quidem in neceſſarijs erit vt gens, ſed nõ vt ciuitas. rẽ publicã. n. nõ facile eſt in illis cõſtitui. nam quis dux eſſet tã exceſſiuæ multitudinis, aut quis preco non ſtentorius? Quocirca neceſſe eſt primã eſſe ciuitatẽ L illã, quæ ex ea multitudine conſtat, q̃ multitudo prima per ſeipſam ſufficiens ſit ad bñ viuendũ in ciuili ſocietate. recipit vero, vt ea q̃ multitudinẽ hãc excedit, ſit maior ciuitas: ſed hoc nõ eſt, vt dixim⁹, infinitũ. Quę vero ſit huius exceſſus determinatio, ex operibus intelligi facile põt. ſunt.n. actus ciuitatis imperãtiũ atq; parentiũ. imperantis quidẽ opus eſt iubere ac iudicare: ad iudicãdũ vero ſm M iuſtitiã, et ad magiſtratus demãdandos ſm dignitatem, neceſſariũ eſt, vt ſcienter cognoſcãt ciues quales ſint. quare vbi hoc nõ fieri contingit, neceſſe eſt vt male res procedant circa magiſtratus demãdãdos, et circa iudicia. In vtroq; certe horum, ne quaquã eſt temere procedẽdũ: qđ in nimia multitudine manifeſte cõtingit. Inſup hoſpitibus & inquilinis facile ẽ ad rẽpublicã aſpira-

A aſp. rare, cũ nõ difficile ſit in tã-
ta hominũ multitudine latere.
Patet igitur q̃ eſt optima deter
minatio ciuitatis, vt ſit maxi-
mus multitudinis exceſſus, q̃
ſit per ſe ſufficiens ad viuendũ,
& facile inter ſe cognoſci poſſit.
De magnitudine ergo ciuitatis
determinatũ ſit in hunc modũ.

Optima regionis, & ſitus vrbis conditiones. Cap. 5.

DE regione autẽ eadẽ ferè
dici poſſunt: nã qualis eſ
ſe debeat, clarũ eſt q̃ ſuf
B ficientiſſimã oẽs laudabũt. Hãc
aũt neceſſe eſt feracẽ eſſe oſum.
nam omnia in ſeipſa habere &
nullius indigere, ſufficiẽtis eſt.
Multitudinẽ vero ac magnitu-
dinẽ tãtã, vt queat habitatores
ocioſos nutrire, liberaliter ſiꝰtẽ
peratẽq; viuẽres. Hoc aũt vtrũ
bene vel nõ bene dicaẽ, poſtea
diligentius erit conſiderandũ,
vbi de poſſeſſionibus & facul-
tatibus mẽtionẽ fieri cõtinget,
qualiter et quẽadmodũ ſe habe
re erga vſum ipſũ opꝫ. Permul-
C tę.n. circa conſiderationẽ iſtam
dubitationes cadunt, pp trahẽ-
tes in vtranq; partẽ vitę exceſ-
ſum, alios ad tenuitatẽ, alios ad
largitatẽ. Formam vero regio-
nis nõ eſt difficile præſcribere,
credendũq; eſt in quibuſdã, rei
militaris peritis aſſerentibus ta
lẽ eſſe oportere, vt ab hoſtibus
quidem nõ facile inuadi poſſit,
ciuibus autem facilis ſit in alie-
na egreſſio. Præterea vt homi-
num multitudinem facile inter
ſe cognoſci poſſe diximus opor D
tere, ſic etiam regio ſit ſubiecta
conſpectui, id eſt vt cognoſci, et
ſuccurri faciliter poſſit. Vrbis
aũt ſitus, ſi formanda nobis illa
eſt ſm votũ, opportune, & ad
terrã, & ad mare debet iacere.
Vna iam determinatio premiſ-
ſa eſt, oportere ad auxilia feren-
da cõmunem eſſe locorum om-
nium. Vnde quoq; afferenda al-
tera, ad importationẽ fructuũ.
Præterea ad lignorum materiẽ,
& ad, ſiquid aliud ſimile opifi- E
cium regio in ſe habeat, facilem
aduectionem.

*An cõmunio maris turba nautica, & na-
talis potentia ciuitatibus recte
inſtitutis expediat, vel
ne. Cap. 6.*

COmmunio autem maris,
vtrũ vtilis ſit ciuitatibus
vel damnoſa, permultæ
ſunt diſceptationes. Nam & fre
quentare aduenas quoſdã, alie-
nis educatos legibus, inutile pu
tant ad rectã ciuitatis diſcipli- F
nã. & turbam popularẽ multi-
plicari ex vſu maris, tranſmittẽ
tibus ac recipientibus negocia-
torum multitudinem, cõtrariũ
eſſe dicũt recte ciuiũ inſtitutio-
ni. Quòd igitur, ſi iſta non cõ-
tingant, melius ſit & ad ſecuri-
tatem & ad copiã rerum neceſ-
fariarum, communione maris
habere vrbem & regionẽ, non
eſt obſcurum. nã ad facilius fe-
rendum hoſtes, peropportuna
facultas ſuccurrẽdi auxiliãdiq;
ſuis terra et mari eẽ dẽt, et ad no
cendum

G eendũ inuadentibus. ſi nõ vtrin
que poſſibile, at altera ex parte
magis exiſtit ambarũ participã
tibus. Et quæ apud eos nõ exi-
ſtunt, importari. & quę ſupera-
bũdant, deportari ex neceſſarijs
eſt. ſibi.n. ipſi mercabilem non
alijs ciuitatẽ eẽ oportet. Qui au
tem oſibus mercatum apud ſe ꝑ
bent, hi faciunt quæſtus cupidi
tate. ꝙ ſi non expedit ciuitati
hanc cupiditatẽ habere, neque
mercatum certe hmõi debet re-
cipere. Nam & nunc quidẽ vi-
H demus multis regionibus & ci-
uitatibus ſtatiões ac portus op-
portune iacere: vt neq; intra vr
bẽ ſint, neq; valde diſtãtes, mu
risq; circundari, & alijs huiuſce
modi munitionibus. Clarũ eſt
enim, ꝙ ſi quid boni proueniet
ex tali cõmuniõe, ciuitas id bo
num ſuſcipiet: ſin aliquid mali,
caueri ab eo facile erit per leges
iubentes ac determinãtes, quos
oportet, & quos nõ oporteat in
uicem admiſceri. De nauali au-
tẽ potentia, ꝙ melius ſit eam ha
I bere vſq; ad aliquam quantita-
tem, manifeſtum eſt. nõ ſolum
enim ſibĩpſis, ſed & finitimis
quibuſdam oportet & auxilia-
ri poſſe, & eſſe terrori, quemad
modũ terra ſic ẽt mari. Magni-
tudo autem et multitudo huius
potentię, ad mores ciuitatis erit
accommodanda. nam ſi ea fue-
rit ciuitas, quę magnã prẽſtan-
tiam authoritatẽq; habere con-
ſueuerit, neceſſarium erit hanc
potẽtiam rebus eſſe conformẽ.

Turbam vero nautica, & hmõi K
hominũ multitudinẽ, nõ neceſ-
ſarium eſt ciuitatibus exiſtere,
nulla enim ciuitatis pars hmõi
hoſes eſſe debent. Nã pugnato-
res q; naues conoſcendũt, inge-
nui ſunt hoſes. terra quoq; mili
tare conſueti, hi præſunt nauali
turbæ & imperãt. Exiſtente ve
ro *multitudine tenuis fortunæ*
hominũ, qui circa nos habitãt,
& agricolarum qui in regione
rẽ ruſticã exercent, neceſſarium
eſt abundantiã eſſe nautarum.
Videmus ẽt nunc iſtud fieri in L
quibuſdã ciuitatibus, ceu in ci-
uitate Heracleotarum. multas
enim implent triremes, vrbem
poſſidentes magis exiguam q̃
cæteri. De regione igit, & por-
tubus, & vrbibus, & mari, &
nauali potentia, in hunc modũ
determinatum ſit. De multi-
tudine quoque ciuitatis, quam
determinationem habere de-
cet, prius diximus.

Quales debeant eſſe naturæ ciues, de quo
laudantur Græci, & quales vrbis
conſtitutes. Cap. 7. M

NVnc autem quales natu
ra ciues eẽ oportet, à no-
bis dicetur. Forſan ve-
ro id deprehendet quis, ſi inſpi
ciat ad ciuitates Græcorum, q̃
bene gubernari dicuntur. & ad
totum terrarum orbẽ, vt à gen-
tibus varijs incolitur. Nam quę
frigidas regiones incolunt gen-
tes, & quæ per Europã, animo
quidẽ abundant, ingenij vero
& artificij parum habent: qua-

propter

A propter in libertate magis perſeuerant. diſciplinã vero reipublicæ difficulter recipiũt, ac finitimis dominari non poſſunt. Quæ vero Aſiam incolũt, ingenio & arte abundant, ſed animoſitatẽ non habent: ꝙꝙ quod & parere dominantibus, & ſeruire perſeuerant. At Græcorum genus, vt mediã regionẽ locorũ ſortitum eſt, ſic ẽt amborum eſt particeps. nam & animoſum et ingenioſum eſt. Ex quo fit, vt in libertate degat, et diſciplinã reiB publicę optime recipiat, et vnꝰ reipublicę cõſtitutionẽ ſortitũ, imperare oĩbus poſſit. Eãdem quoq; differentiã habẽt Græcorum gentes inter ſe. quędam.n. habent naturam ad vnum illorum: quædã vero permixtæ ac tẽperatæ ſunt ad vtranq; illarũ potẽtiarũ. Patet igitur, ꝙ oportet & intelligentiã et vigorẽ animi natura exiſtere illis, qui futuri ſint idonei, quos legũ poſitor ad virtutẽ inſtituat. Nam quod de cuſtodibus aiunt quidã opC ẽ, vt beneuoli ſint erga notos, erga ignotos vero infeſti, vigore animi eſt qui beneuolẽtiam facit. illa eſt.n. potentia animæ, per quam amamus ac beneuoli ſumus. cuius rei ſignum eſt, ꝙ magis irritatur animus cõtra familiares et amicos, q̃ cõtra ignotos, ſi contemptũ ſe putet. Quapropter Archilochus recte cum amicos incuſaret, ad animũ loquitur inquiens. Non tu quidẽ » ab amicis lanceis transfixus es? Quod dominatur & ꝙ libertatem ſeruat, ab hac potentia animi exiſtit: dominans.n. & inuictus eſt animus. Nec bene ſe habet dicere, ꝙ aduerſus ignotos debent eſſe infeſti: nam aduerſus neminem tales eſſe oportet. neq; ſunt magnanimi hoſtes nara infeſti, niſi contra iniuriantes. Hoc aũt magis cõtra notos familiaresq; patiuntur, quod dictum eſt prius, ſi iniuriatos ſibi exiſtimant. Et hoc non ſine ratione contingit. à quibus enim deberi ſibi beneficiũ expectãt, B ab eiſdem non ſolũ priuari beneficio, ſed inſuper lædi ſe putant. Vnde in prouerbio dicit, Fratrum cõtentiones et irę ſunt » acerbiſſimæ. & qui ſe nimium » amant, hi ſe nimium oderunt. » De hominibus igitur qui in republica futuri ſint, & quot eſſe oportet, & quales natura, et de regione, quantam, & qualem, ferè determinatum eſt. non.n. eadem certitudo quę renda eſt, in his quæ ꝓ rationes, & in his D quæ fiunt per ſenſum.

Quòd non omnia, ſine quibus ciuitas fieri nequeat, ſint eius partes, & quo ſint ipſius partes propriæ.

Cap. 8.

CVm vero vt aliorum ſecundum naturam conſiſtentium, nõ hæ ſunt partes totius conſiſtentiæ, ſine quibus totum eſſe non põt: palam ꝙ nec ciuitatis ponendũ eſt eſſe partes, quęcũq; ciuitatibus exiſtere neceſſario oportet, nec alterius

G terius cuiuſq; communionis, ex qua fit vnū aliq̄d genus. Vnum n. quid et cōe eſſe debet cōicātibus, ſiue æquale, ſiue inæquale ſuſcipiant: ceu ſiue alimentū id ſit, ſiue agri quātitas, ſiue aliud tale. ſed qñ hoc gr̄a huius, hoc aūt non gr̄a, nihil in his cōe: ſed aut huic quidē facere, huic autē accipere: dico aūt velut organo oī ad id opus, q̄d t fiūt opificibus. Domui.n. ædificatorem nihil eſt quod fiat cōe, ſed eſt domus gratia ædificatorum ars.

H Quapropter poſſeſſione quidē indiget ciuitas: nulla ēn pars ciuitatis eſt poſſeſſio. multa vero animata ſunt poſſeſſionis partes. Ciuitas aūt communio q̄dā eſt ſimilium gratia vitæ, vt maxime fieri pōt optimę. Cūm vero ſit felicitas optimū, ipſa autē virtutis operatio, & vſus quidam perfectus: contingat autē ita vt aliqui illius recipiant participationē, alīq̄ parum aut nihil, manifeſtum eſt q̄ hęc eſt cā, quare ciuitatis ſpecies et differētię exiſtunt, pluresq; rerūpublicarū formę. per alium.n. modū, & alīs vīs ſinguli hoc appetentes, & alios viuendi modos fecerunt, & alias reipublicę diſciplinas. Conſiderādū aūt eſt, quot ſint illa, ſine quibus ciuitas eſſe non pōt. nam quas dicimus eſſe ciuitatis ptes, eas neceſſariū eſt in iſtis eſſe. Capiendus ē igitur operū numer⁹: ex his enim id apparebit. Primū igitur debent exiſtere alimenta. Deinde artes: multis.n. inſtrumentis indiget vita. Tertiū arma, nam q ſimul in cōmunione viuunt, ne ceſſariū ē in ipſis habere arma, q̄bus & magiſtratibus parere inobedientes cōpellantur, & q̄bus vis propulſet externa. Preterea pecuniarū habendarū facultas quædam, quo illas habere poſſint et ad propriasindigētias, & ad bellum. Quintum ac primū, circa rē diuinā cultus, quod vocant ſacrificiū. Sextū, q̄d eſt oſum ſumme neceſſariū, iudiciū pro vtilitate & iuſtitia contrahentiū. Hęc ſunt igit opera, quib⁹ indiget ciuitas omnis, eſt.n. ciuitas multitudo non q̄cunq;, ſed illa q̄ ad vitam per ſe ſufficiens ſit, vt diximus. Si vero aliq̄d horū deficiat, impoſſē ſimplīr p ſe eſſe ſufficiētē hmōi ſocietatē. neceſſariū eſt ergo his operibus ciuitatē conſtare. Eſſe igit oportet multitudinē agricolarum, qui victum conferāt, & artifices, & pugnatores, et locupletes, & ſacerdotes, & iudices neceſſariorum atq; vtilīū.

Quæ ciuitatis partes quibus hominū generibus conueniant. Cap. 9.

HIs determinatis, reliquū eſt conſiderare, vtrū oēs cōmunicare debent horum oſum (fieri.n. poteſt, vt ēdem ipſi ſint & agricolę, et artifices, & conſultores, et iudicantes) vel in vnoquoq; opere ſupradictorū alios ponēdū ē, vel q̄dā eē propria, q̄dā vero communia neceſſariū eſt. Sed nō in

of

A of republica hoc, vt diximus, contingit. nã fieri poteſt, vt oẽs participent omnium, & nõ oẽs omniũ, ſed quidã quorundam. hęc.n. faciunt rerũpublicarum varietatẽ. nam in populari quidem participant oẽs omniũ: in paucorum autem potentia contrarium eſt. Cùm aũt conſideratio noſtra ſit de optima republica, ea vero eſt, per quam ciuitas eſſet maxime felix, felicitatẽ autem, ꝙ ſine virtute impoſſibile eſt exiſtere primo diximus,
B manifeſtum, ꝙ in ciuitate quæ optime gubernetur, & quæ iuſtos habeat ciues ſimpliciter, ac non ad ſuppoſitionem, neq; artifices, neq; mercatores ciues eſſe oportet: vilis eſt.n. hmõi vita, & virtuti aduerſa. nec certe agricolas eſſe opꝛ eos, qui futuri ſint ciues. opus eſt.n. quiete et otio ad virtutẽ comparandã, et ad rempublicam gerendã. Cũ vero hi ſuperſint qui bello intẽdunt, & qui conſultant de vtilibus, & iudicant de iuſtis & nõ
C iuſtis, qui quidẽ maxime videntur partes ciuitatis, vtrũ et hos eſſe alios ponendũ ſit, vel eiſdẽ hominibus ambas ptes tribuendum? Clarũ eſt, ꝙ quodã modo eiſdem, & quodam modo alĩs. qua.n. alteri⁹ vigoris vtrũque opus, & alterum prudẽtia, alterũ viribus indiget, alĩs quã vero impoſſibile eſt, eos qui aſſunt, ſubiectionẽ pati ſemꝑ eiſdem. qui. n. armorum domini ſunt, ñdẽ ẽt ſunt domini ſtatus, D
vel mutationis reipublicæ. Reſtat igitur, vt eiſdem quidẽ ambobus reſpublica tradatur, non ſimul quidẽ, ſed vt natura fert. Vires quidẽ in iunioribus ſunt, prudẽtia vero in ſenibus. ſic inter eos diſtribui, commodũ eſt, & iuſtum eẽ vr̃. habebit.n. hæc diſtributio id, qđ eſt ſecundum dignitatem. Atqui poſſeſſiones quoq; circa hos eſſe oportet. neceſſe eſt.n. facultates adeſſe ciuibus, hi aũt ſunt ciues. nã turba
E quidem vrbana viliũ miniſtrorum nulla pars eſt ciuitatis, nec aliud genus quodcunq;, quod non ſit virtutis effector. Patet hoc ex eo quod præmiſimus. felicitas.n. neceſſe eſt, vt per virtutem fiat. felicẽ vero dicere ciuitatem debemus, non ad partem aliquam eius reſpicientes, ſed ad oẽs ciues. Manifeſtũ igit ꝙ horum eſſe poſſeſſiones opꝛ: ſiquidẽ neceſſe eſt agricolas eſſe ſeruos, vel Barbaros, vel miniſtros. Reliquũ eſt ex his qui ſu-
F pra numerati ſunt, genus ſacerdotum eẽ, quorũ inſtitutio manifeſta eſt. neq;.n. agricola, neq; artifex, neq; vilium exercitiorũ quiſquã ſacerdos eſt deputãdus. honos.n. Dĩs eſt à ciuibus impendendus. Sed cũ diſtincti ſint ciues in partes duas, hoc ẽ in eos qui arma tenẽt, et in eos qui conſultant, & decẽs ſit Dĩs cultũ exhibere, et requiem ſuſcipere eos, qui pro tẽpore in his laborauerũt ac defeſſi ſunt, his vtiq;

G vtiq; eſſet ſacerorũ cura demandanda. Quę ſint igitur, ſine quibus ciuitas ſtare nõ põt, et quot ſint ciuitatis partes, dictum ſit. Agricolas. n. & artifices, & omne miniſterium ciuitatibus exiſtere neceſſarium eſt. Sed partes ciuitatis ſunt qui arma tenent, & qui conſultant. & ſeparatum eſt vnumquodq; iſtorum: hoc quidem ſemper, hoc vero ſecundum partem.

De diſtributiõe ciuitatis, comeſſationibus, partitione regionis, cultoribus, & agricolis. Cap. 10.

H Videtur aũt non nunc neque paulo ante hoc notum fuiſſe his, qui de republica philoſophantur, q; per genera ſit ciuitas diſtinguenda: & pugnatorum genus aliud eẽ, aliud agricolarum. nam & in Aegypto vſq; ad hoc tempus, in hũc modũ ſe habet, & in Creta. in Aegypto quidẽ Seſoſtri legem ferente, in Creta vero Minoe. Antiqua videtur ẽt comeſſationum inſtitutio. qđ in Creta factum eſt Minoe regnante: I ſed multo prius hoc in Italia q̃ in Creta cõſtitutũ fuit. Tradũt n. periti homines illorum locorum, fuiſſe Italũ quendã Oenotriæ regẽ, à quo mutato nomine pro Oenotris Itali ſunt vocitati, oramq; illam maritimã Europæ, quæ eſt inter Scyllaticũ & Lameticum ſinũ (diſtant vero hęc loca iter ſe meridiei iter) Italię nomẽ primo coepiſſe. Hũc ergo Italum tradunt agricultu-

ram Oenotrorũ docuiſſe, cũ pri- K
ùs eſſent paſtores vagi, ac palãtes, illiſq; leges poſuiſſe, & comeſſationes inſtituiſſe primum. Quapropter ẽt nunc quidã illorum populorũ comeſſationibus vtũtur, & legibus quibuſdam abillo poſitis. Incolebant autem eã Italię partem, quæ ad Tyrrheniam verſa eſt Opici, qui nunc Auſonĩ nominantur. Alterã vero partem quæ ad Iapygiam & Ionium pertinet, incolebant Chaones, Syrtim appellatam: & ipſi quoq; ab Oenotris orti. K
Inuẽtio igitur comeſſationum hinc primũ extitit. Diuiſio autem ciuitatis per genera, apud Aegyptum incœpit. Seſoſtratis n. multis ẽporibus ante fuit, q̃ Minos Creta regnaret. Et alia ferè credendum eſt eodem modo inuenta fuiſſe multoties in longo tempore, immo vero infinities. Nã quæ neceſſaria ſunt ad vſum vitæ, indigentiam ipſam docuiſſe rationabile eſt: & illis repertis additamenta poſtmodum facta fuiſſe, ad expoli- M
tiorem viuendi formam. quod eodem modo in conſtitutione rerumpublicarum accidiſſe credendum eſt. Eſſe vero cũcta vetuſta, ſignum eſt, q; Aegyptĩ (quorum antiquitas maxima putatur) leges habuerunt, et ciuilem inſtitutionem. Quapropter vtendum eſt ĩs quæ ſufficienter tradita ſunt, & quæ deficiunt reperire conãdũ. Quòd igitur agri & poſſeſſiones eorũ

eſſe

A esse debent q̃arma tenẽt, quibꝰ partes sunt ciuitatis, dictũ est: et qua de cã cultores illarũ alios esse oportet, & quanta & qualis debet esse regio. De distributione vero ipsius regionis, et q̃, & quales debent esse cultores, dicendũ est. Q̃quidem neq; cõmunes omnium censemus esse debere possessiones, vt quidam tradidere: sed vsu amicabili cõmunes fieri, neq; deesse vlli ciuium alimenta. De comessationibus vr̃ quoq; ostendendum est, B vt assint bene institutis ciuitatibus. Quam vero ob cãm nobis quoq; idẽ videatur, postea dicemus. Oportet aũt ciues vniuersos ad earũ cõmunionẽ admitti. at non facile est, vt qui pauperes sint, contribuere statutã pensionẽ ex proprio possint, & cæteram domũ gubernare. Præterea in sacrificijs, cultuq; deorũ sumptus cões esse debẽt totius ciuitatis. Est igitur necessariũ in duas partes regionẽ diuidere, C & aliã esse publicã, aliã priuatorum. Vtraq; illarũ partiũ rursus diuidenda est: illius nanque partis quã publicã eẽ debere diximus, vna pars deorum cultui deputanda est, altera vero ad comessationũ impensam. Rursus vero priuati agri pars vna ad priuatas necessitates est deputãda, altera vero ad ciuitatẽ: vt duabus sortibꝰ vtriq; distributis, amborũ locorũ oẽs participes sint, æquũ. n. & iustũ ita se habet & ad finitima bella concordantius. Vbi. n. hic modus nõ seruatur, D aliꝫ faciliter prosiliũt ad finitimorum inimicitias: aliꝫ nimiũ illas refugiunt, & cõtra dignitatẽ. Quãobrẽ apud quosdã lex ẽ, vt q̃ agros habẽt vicinos, hi nõ admittant ad consiliũ beli aduersus illos suscipiẽdi, quasi ob priuatã sui cãm recte cõsilium dare nõ valentes. Agrorũ igiẽ per hunc modũ faciẽda partitio est, ob causas ante dictas. Cultores aũt ipsi, maxime quidem si ꝑm votũ optandũ est, seruiE esse debent: neq; oĩs vnius generis, neq; animo elati. ita & ad faciendũ opus vtiles forẽt, et nihil noui ab eis metueretur. Secũdo aũt loco Barbari ministri, natura similes his quos supra diximus. Horum aũt in priuatis quidẽ agris & ipsi priuatorum dominorũ sint, in publicis vero publici. Quẽadmodũ aũt seruis vtendũ sit, & quare melius est omnibus seruis præmium libertatis esse propositum, posF tea dicemus.

De situ vrbis, locis in ea ad diuersa accommodatis, priuatis ædibus, mœnijs, et ipsius ornatu. Cap. II.

VRbs aũt q̃ terræ maris{q̃} particeps esse debet, et q̃ ad totã regionẽ simil{r} debet esse cõis quantũ fieri põt, dictũ est prius. Ipsius aũt ad seipsam, optandũ est positionẽ sortiri, ad quatuor respiciẽtes. Primũ ad sanitatẽ. ad orientẽ. n. Solẽ cõuersæ vrbes, et ad eos ventos q̃ inde perflant, salubriores

 sunt:

G ſunt: ſcđo loco q̃ ſunt ſm Boreã ſitæ. hę nanq; ſunt ad hyberna potiores. In reliquis vero, vt ad ciuiles res & ad bellicas opportune ſe habeat: ad bellicas quidẽ, vt facilis ſit ciuiũ in alienа egreſſio, hoſtibus aũt difficilis aditio, ac difficilis circundatio. Aquarũ aũt et ſtagnorũ abũdãtiã habeat, maxime naturalẽ. q; ſi naturalis deficiat ex aqua pluuia ciſterną & lacus, qui magnã vim aquarũ ſuſcipiant, cõparẽtur, ita vt deeſſe aqua, ſi qñ ob-
H ſiderent, nunquã poſſit. Sed cũ oporteat de ſanitate habitantiũ curã habere, hoc aũt ſit primũ in ſitu et qualitate loci, ſcđm in aquarũ ſalubriũ vſu, ſ ea quoq; re eſt diligẽtia merito adhibenda. Quib⁹.n. plurimũ et frequẽtiſſime vtimur ad corp⁹, ea plurimũ important ad ſanitatem. aquarũ aũt & ventorũ potẽtia talẽ habẽt naturã. Quapp in ciuitatibus q̃ rectẽ ſapiunt, diſtinguẽdus eſt aquarum vſus, ſi nõ oẽs ſunt pares, nec abũdãtia ſit earũ aquarũ, vt aliæ ſeorſim aq̃
I ad cibum & potum, alię ad aliã indigennã deputent. Loca autẽ munita, non pariter cunctis ciuitatib⁹ vtilia ſunt. vtputa arx ad dominationẽ vnius, vel paucorũ in populari vero viuendi mõ, æqualitas loci. in optimatũ vero gubernatiõe, neutrum iſtorũ, ſed magis loci plures ardui. Priuatarũ aũt domorũ forma gratior & cõmodior ad cæteras res exiſtimatur ſm nouo rem iſtum Hippodamiũ morẽ. K
ſed ad ſecuritatẽ tutelamq; ciuitatis vtilior erat annquorũ ędificatio. habent.n. illorum ædificia inextricabiles aditus, ex quibus niſi conſueti euadere vix poſſunt, et iſcrutabiles latebras, ſiq aggrederent: ex quo vtriuſq; horũ participare debent. põt.n. hoc fieri, ſi quis ita diſponat, vt ſolẽt agricolę illos, quos vocant quidã vinearum tramites. Et totã vrbem non facere penetrabilem, ſed partes quaſdam & loca. ſic enim ad ſecuritatẽ, & ad L
ornatũ ſe bene habebit. Mœnia vero qui dicunt non oportere adeſſe ciuitatibus illis, q̃ virtutẽ poſſideant, nimium priſce loquunt: & hoc vidẽt p experiẽtiã reprobatũ in ñs ciuitatibus, q̃ ſibi id ad gloriã iactabant. eſt enim ad pares ac nõ multo excedentes multitudine, non ſatis decorum per mœnia ſeruari velle. ſed cùm aliqñ cõtingat & fieri poſſit, vt multo maior hominum multitudo, & maior virtute ſuperueniant, ſi ſaluos eſſe M
oportet, neq; perire, neq; contumeliã affici, firmiſſimam munitionẽ murorũ putãdũ eſt opportuniſſimam eſſe in bello: pſertim hoc tempore, in quo tormenta & machinæ ad obſidiones vrbium cum omni ſubtilitate ſunt adinuenta. Simile eſt n. ciuitatem nõ circundandam mœnibus cenſere, & regionẽ facilem ad inuadẽdum quærere, et deijcere montuoſa loca, et priua-

A uatis domibus non circundare parietes, quaſi viles futuri ſint habitatores. Atqui ne id quidē latere oportet, q̄ qui mœnibus circunda né, eis licet in vtranq; partē vti vrbibus, & tanquam muros habentibus, et tanquam non habētibus: ſed eis qui mœnia non habēt, non licet. Si ergo per hunc modū ſe habet, non ſolum mœnia circundāda ſunt vrbi, verumetiā curandū vt et ad ornatum ciuitatis ſe habeāt decenter, & ad bellicas opportuni
B tates, tū alias, tum ad illas quæ nunc reperte ſunt. Vt.n. aggreſſoribus cura eſt quibus modis vincant, ita quædam iam reperta ſunt, quędam inueſtigare atque philoſophari oportet eos q̄ defendunt. principio.n. non aggrediuntur eos qui bene ſe prę-parauerunt expugnare.

De ædibus ſacris, foris, & locis conſeſſionum. Cap. 12.

C Vm vero multitudo ciuium in comeſſationes diſtributa eſſe debeat, mœnia vero ſint præſidijs q̄buſdam & turribus per opportuna loca interpoſitis munienda, clarum eſt, q̄ res exigit aliquas comeſſationum, in illis ipſis præſidijs collocari. & hæc quidem p hūc vtiq; modum videntur conſtituēda. Aedes vero Deorum, ac principaliſſimę magiſtratuum comeſſationes, idoneum locum habere debent, et eundem ſacra quoecunq; lex non ſeparat, aut reſponſum oraculi. Eſſet autem talis locus quiſquis ſuperemi- D
nentiam haberet & ad edēdam virtutem ſufficienter, & ad vicinas partes ciuitatis excellenter. Decet autem ſub hunc locū conſtructionem fori eſſe talem, qualis eſt in Theſſalia eius quod liberum vocant; id eſt q̄d debet eſſe purum ab omni mercatu, & neq; opifices, neq; agricolas, neq; alios vllos tales illi appropinquare, niſi à magiſtratibus vocarētur. Eſſet vero hic locus gratior, ſi & gymnaſia ſeniorū
in eo ſint cōſtituta. decet.n. ſm E
ętates diſtribui hunc ornatū, et in iunioribus magiſtratus quoſdam verſari, ſeniores aūt magiſtratibus aſſiſtere. præſentia.n. magiſtratuum ante oculos poſita gignit veram reuerentiā, liberalemq; pudorem. Venaliū autē rerum, aliud forum eē debet & alio loco ſitum, acceſſu facile, quo & à terra & à mari facilis ſit importatio omniū. Cùm vero multitudo ciuium diuiſa F
ſit in ſacerdotes & magiſtratus, decens eſt ſacerdotibus circa ædes ſacras eſſe comeſſationes inſtitutas. Magiſtratuū autem q̄cunque de contractibus ius dicunt, & qui accuſationibus cognoſcunt, & qui circa vocationes in ius, & aliam huiuſmodi adminiſtrationem intendūt. & inſuper qui ædilitatis & vrbanarum rerum curam gerūt, iuxta forū in loco celebri, cōiq; ſunt comeſſationes ſtatuendæ. talis eſt locus illius fori, quo ne

G ceſſaria venundant. nam alterū illud forum ſuperiori loco ſitū, debere eſſe diximus ocioſum. hoc aūt ad negocia rerū deputari. Hunc eundē ordinē in regione quoq; imitādū eſſe dicimus. ſunt.n. magiſtratus quidā apud ruſticos, quos alij ſyluarū cuſtodes, alij * rectores appellant qui bus & loca ad cuſtodiā regiōis, & comeſſationes ſunt ħſdē in locis conſtituendę. Templa quoque per regionem diſtributa eē debent, partim Dīs, partim he- H roibus. Sed immorari nunc circa iſta ſuperfluum eſt, cū ſint illa non difficilia cognitu, ſed magis factu. dicere.n. voti eſt: euenire aūt, fortunæ. Quapropter circa talia inſiſtere, ad præſens omittamus.

* agrimensores.

In quibus bene agere conſiſtat. De felicitate, & de ijs quibus homines ſunt ſtudioſi. Cap. 13.

DE republica aūt ipſa, ex quibus & qualibus conſtare debet ciuitas, q̄ bea- I ta ſit futura, et recte gubernari, dicēdū eſt. Duo ſunt, in quibus oſs commendatio bene agendi conſiſtit. vnū, vt propoſitū ac finis agēdi recte ſubiaceat: aliū, vt eas, quę ad illū finem ferant, actiones inueniamus. Fieri .n. poteſt, vt & concordent hęc inter ſe, & diſcordent. nā q̄nq; illud ad qđ intēditur, recte iacet: ſed in actionibus per quas illo potiri credimus, aberratur. q̄nque autem omnia ad finem diriguntur: ſed finis ipſe eſt prauę K poſitus. q̄nq; ēt in vtroque cīt error, veluti circa medicinam. neq;.n. quale aliquid eſſe oportet ſanum corpus, recte iudicat interdū, neq; ad ſubiectū ſibi finem opera diriguntur. Oportet autem in artibus et ſcientijs hęc vtraq; obtineri, finem, & eas q̄ ſunt ad finē actiones. Quod igitur bñ viuere ac felices eſſe omnes cupiunt, manifeſtū eſt. ſed alijs poteſtas eſt adipiſcēdi, alijs non pp̄ fortunā aliquā, vel natūrā. opus eſt.n. adiumentis q̄- L buſdā ad bene viuendū, minoribus quidē illis, q̄ medius diſpoſiti ſunt, maioribꝰ aūt, qui petius. alij vero, ſtatim non recte quærunt felicitatē cū poſſint. Cū au tē propoſitū noſtrū ſit optimā rempublicā videre: ea vero eſt, p̄ quā ciuitas optime gubernet: optime autē gubernatur, ſi felicitatē maxime recipiat: manifeſtū eſt, q̄ quid ſit felicitas latere non debet. Diximus autē in Ethicis, ſi modo illorū librorū vtilitas vlla eſt, operationē eſſe, M & vſum virtutis perfectum, & hunc non ex ſuppoſitione, ſed ſimpl̄r. Dico autem ex ſuppoſitione, quæ neceſſaria ſunt: ſimpliciter aūt, quod in ſeipſo commendationem habet. veluti circa res iuſtas iudicare, punire, ſupplicio afficere à virtute quidem eſt, ſed ex neceſſitate, commendationemq; habet ex compulſione. eligibilius nanq; foret nullo tali indigere, neq; homi-

nem

A nem neq; ciuitatẽ. At.n. ad honores & opes, ſimpliciter ſunt optimæ actiones. nã alterũ quidẽ illud mali alicuius electio ẽ: hæ aũt contra, effectiones. n. bonorũ ſunt, & generationes. Studioſus. n. vir, & paupertate, & morbo, & alĳs fortunæ aduerſitatibus laudabiliter vtitur: verumtñ felicitas in cõtrarĳs exiſtit. nam & hoc determinatum fuit in Ethicorum libris, q; talis eſt ſtudioſus, cui per virtutẽ bona, ſunt ſimpl'r bona. patet au-
B tem, q; & vſus iſtos neceſſariũ eſt ſtudioſos & bonos eſſe ſimpliciter. Quapropter exiſtimãt hoſes, externa bona cãm eſſe felicitatis: ceu ſi quis bene pulſandi cãm putat eſſe lyram magis q; artem. Neceſſarium eſt ergo ex his q̃ dicta ſunt, alia ſubeſſe, alia parare legis poſitorem. ex quo ſm votum optamus cõſtitutionem ciuitatis in hĳs, quorũ domina eſt fortuna: dominã n. illam poſuimus. ſed ſtudioſam eſſe ciuitatem, non eſt for-
C tunæ opus, ſed ſciæ ac electiõis. At ſtudioſa ciuitas eſt, vt ciues qui in republica verſãtur ſint ſtudioſi. nobis autem oẽs ciues participes ſunt reipublicæ. Hoc igitur conſiderandum eſt, quomodo fiant ſtudioſi. nam ſi contingat omnes eſſe ſtudioſos, nõ aũt ſingulos ciuiũ, ſic foret optabilius: ſequitur .n. ad ſingulos eſſe, & omnes eſſe. Atqui boni quidem & ſtudioſi fiunt propter tria. Sunt autẽ hęc tria, natura, mos, & ratio. etenim na- D
ſci oportet primũ, ceu hominẽ, & non aliud animal: & ſic qualem aliquẽ ſcũm corpus et animam. Quædam etiã naſci nulla vtilitas eſt: mores enim mutari faciunt. nam aliqua per naturam ad vtrunq; apta, per mores ad peius vel ad melius conuertũtur. Cætera igitur animalia maxime viuunt ſcũm naturam, parum vero aliquid & ſecundum mores. homo autẽ & E
ſecũdum rationem: ſolus enim rationẽ habet, Ita oportet hæc ſimul concordare. multa enim præter mores, & præter naturam agunt homines propter rationem, ſi perſuadeatur melius eſſe aliter agere. Natura igitur quales eſſe oportet eos, qui legum poſitori ſint pariturĳ, determinatum eſt prius. reliquũ opus eſt iam diſciplinæ: quædam enim aſſueſcendo diſcuntur, quædam audiendo.

Quos oporteat eſſe imperantes, & parentes, eoſdem ne an diuerſos: pariter & ipſorum diſciplinam. Et ad quæ reſpicere debeat legum poſitor, ac de quibus ipſi nõ laudatur. Cap. 14. F

CVm vero oſs ſocietas eiuſlis conſtet ex imperantibus & parentibus, hęc iã cõſiderandũ eſt, vtrum alios eẽ oportet q̃ imperant, et alios qui parent, an eoſdem per vitã: patet enim q; & diſciplina ſecũdum hanc diuiſionem ſequi debebit. Si ergo tantum differrẽt alteri ab alĳs, quantum Dĳ &

G heroes ab hoſtibus differre putã-
tur, vt primũ ſtatim corpore, ac
poſtea animo lõge antecellerẽt,
ac manifeſte indubitateq; appa
reret eorum ſuperemínẽtia, cla-
rum eſt q; ſemper eoſdem iſtos
melius foret imperare, alios ve-
ro parere. Sed cũm facile non ſit
hoc reperire, nec ſic (vt apud In-
dos Scylax eſſe ait) reges tantũ a
populis differre: manifeſtũ eſt,
q; propter multas cauſas neceſ-
ſarium eſt, vt omnes ſimiliter
participes ſint viciſſim impe-
H randi & parendi. æquum enim
idẽ ſimilibus: & difficile eſt ſta-
re rempublicã, quæ conſtituta
ſit præter iuſtitiam. cum illis. n.
qui ab imperando excluderen-
tur, cõcurrente oẽs qui ſunt in re
ptione, ſtatũ mutare cupientes:
& tantã eſſe multitudinẽ in rei-
publicæ gubernatione, vt ſit po
tentior iſtis, vnũ aliquid impoſ
ſibilium eſt. At. n. q; oportet eos
qui in magiſtratu ſunt differre
a ſubiectis, ſi dubitabile eſt. quo
I mõ ergo hęc futura ſint, & quo
modo participent, conſiderare
debet legislator, vt prius dixi-
mus. Natura. n. oſtendit, quem
admodũ hęc diſtinguẽda ſunt.
fecit. n. eoſdem genere, alios iu-
niores, alios ſeniores, quorũ al-
teri debent parere gubernanti-
bus, alteri gubernare. Indigna-
tur autem nemo propter ætatẽ
maiori concedere. nec putat il-
lum cui cedit, potiorem eſſe ſe:
præſertim cũ et ipſe qñ ad id æta
tis peruenerit, eundẽ honorẽ ſit
recepturus. eſt ergo vt eoſdem K
eſſe dicere eos q; parent et impe
rant: eſt ẽt vt diuerſos. Itaq; & L
diſciplinã, vt eandẽ dicere ne-
ceſſe eſt, et vt diuerſam. qui. n.
imperare velit recte, oportere,
aiunt, prius ſub imperio fuiſſe.
Imperiũ vero, vt i primis libris
dictum fuit, aut gratia imperã-
tis eſt, aut gratia ſubiectorũ. ho
rũ alterum ſeruorum eſſe dixi-
mus, alterum liberorũ. Manda-
torũ vero quędam inter ſe diffe
runt, nõ in agendo, ſed in cuius
gra. Quapp multa q; videtur ee
miniſtrorũ opera & adoleſcen-
tiũ, liberis hominibus pulchrũ
eſt miniſtrare: ad pulchrum. n.
& non pulchrum non tantum
differunt actiones propter ſeip-
ſas, quantum in fine & gra cu-
ius. Cum vero ciuis & præſidẽ-
tis eandem virtutem eſſe dixe-
rimus, quæ optimi viri, & eun-
dẽ prius parere debere, poſtea
imperare: hoc vtiq; erit legum
poſitori intuendũ laborãdũq;,
vt boni viri efficiantur, et per q; M
exercitia, & quis finis optimæ
vitæ. Diuerſæ autem ſunt duæ
partes animæ, quarum altera
rõnẽ per ſe habet, altera nõ ha-
bet quidem per ſe, veruntñ ra-
tioni obtemperare põt: quarũ
diximus eſſe virtutes illas, per
quas vir bonus dicitur quodã-
modo. Sed in vtra iſtarum ma-
gis eſt finis? Qui ita diuidunt,
vt nos facimus, his ambiguum
non eſt quomodo ſit dicendũ:
ſemper. n. deterius melioris gra

tia

A tia eſt. patet hoc in his quę ſunt ſm artem, & in his quę ſunt ſm naturam, melius autē illud qđ rationem habet. Diuiditur aūt dupliciter, vt nos conſueuimus diuidere: eſt.n.ratio alia actiua, alia contemplatiua. Sic ergo ne ceſſe eſt & hanc partē diuidere, & actiones clarum eſt q̄ correſpondenter ſe habere dicemus. et oportet eas actiones quę ſunt meliores ſm naturā, magis expetendas eſſe ab illis qui conſequi poſſunt, aut oīa, aut illa
B duo: ſemp.n.cuiq; id eſt maxīe expetendū, cuius potiri eſt ſummū. Diuiſa eſt autē vita tota in negotiū & otiū, bellūq; et pacē. Et agibiliū quędam ſunt neceſſaria et vtilia, quędam honeſta: in quibus neceſſe eſt eandē eſſe optionem & partibus animę et ipſarū actionibus: bellū quidē gratia pacis, negotiū autē gratia otij, neceſſaria & vtilia, gratia honeſtorū. Ad cuncta igitur hæ aſpicere debet, q̄ legē ponit, & ad partes animę, & ad illarū
C actiones: magis vero ad ea quę meliora ſunt & finis. Eodē modo & circa vitas & rerū diuiſiones. poſſe.n.oportet & in negotio verſari, & in bello. ꝓferēda tñ eſt pax & otiū, neceſſaria & vtilia poſſe agere, ꝓferēda ſunt tñ honeſta. Itaq; ad hæc tanquā ad ſignum, & pueri adhuc exiſtentes, & alię ætates quæ indigent, p̄ diſciplinā ſunt dirigēdę. Nā q̄ nūc Grecorū recte gubernari videnť, et legūlatores q̄ eas reſpublicas ſtituere, neq; ad optimū finē videnť aſpexiſſe, neq; id ad oēs virtutes diſciplinā & leges direxiſſe: ſed oneroſę decli
D nauerūt ad illas virtutes, q̄ videnť vtiles ac plus hēre faciūt. Sit quoq; poſterorū qdā ſcriptores opinionē ſuā eādē oñderūt. laudātes.n. Lacedęmoniorū rēpub. admiranť et cōmēdāt legislatoris ei⁹ ꝓpoſitū, q̄ oīa ad potentiā & ad bellū direxerit: q̄ & p̄ rōnē refelli pñt, et p̄ ſacta ipſa nūc reprobata ſunt. Vt.n.
E plurimi hominū dominari late cupiunt, qm̄ exinde multa proueniunt fortunę commoda: ſic Thibron admirari laudareq; videť Lacedęmoniorū legumlatorē, & quicunq; alter de repub. illorum ſcripſit, q̄ pp̄ exercitationē eorum ad pericula, multorū dominationē ſibi comparārunt. Atqui patet, q̄ cum non habeāt nūc dominationē Lacedęmonij, nec felices amplius eſſent, nec legūlator eorū bon⁹. In ſup illud ridiculū, ſi p̄manētes ī
F legib⁹ eius, nulloq; impediēte illis legib⁹ vti, amiſerūt bñ viuere. Nō recte vero ſuſcipiūt, neq; de dominatiōe, ad quā intēdiſſe legislatorē oñdūt. nā imperiū liberorū melius eſt ac magis ex virtute, q̄ dominari, vt ſeruis. Pręterea nō p̄ hoc ciuitas felix ē exiſtimāda, neq; legislator laudād⁹, q̄ vincere docuerit, et finitimis domīari. hęc.n. magnū cōtinēt nocumētū. nā aduerſus ciues hoc aget q̄ poterit, et ciuita-

G ti ſuæ dominari q̃ret. de quo ac cuſant Lacedæmonij Pauſaniã, licet in tanta dignitate cõſtitutũ. Nec ſanè aliqua hmõi ratio ẽ aut lex ciuilis, neq; vtilis neq; vera, eadẽ.n. optimã & priuatim & publice legumlatorẽ inducere oportet ſ animos hominũ. Neq; exercitatio rerũ bellicarũ ob id eſt meditanda, vt in ſeruitutẽ adigãt immerẽtes: ſed primũ ne ipſi ſeruire alĳs cõpellanſ: deinde, vt imperiũ q̃rant gratia vtilitatis ſubiectorũ, nõ H ante oſa dominationẽ: tertio, vt eis dominent, q̃ ſeruire ſunt digni. Quòd ãt oporteat legis poſitorem ſtudere, vt prouiſio ſua circa res bellicas et circa alias inſtitutiones ad otiũ & ad pacem referaſ, id atteſtaſ, q̃ plerĳq; taliũ ciuitatũ bellum gerentes cõſeruanſ: ſed cĩ dominationem adepteq; ſunt, deſtruuntur. ſplendorem.n. veluti ferrum per pacem amittunt. Cã huius eſt legumpoſitor, qui non ita inſtituit, vt in otio ſtare poſſint.

I *Quibus virtutibus & pace, et belli tempore opus ſit. et à quo primũ eruditio facienda ſit.* Cap. 15.

CVm ergo idẽ finis eſſe videatur publice & priuatim hominibus, et eandẽ definitionem eſſe neceſſe ſit viro optimo & optimæ reipublicę: manifeſtum eſt oportere virtutes eas quæ ad otium ſpectãt, illi exiſtere. finis eſt enim, vt ſæpe iam diximus, belli pax, negocĳ otium. Sunt autem vtiles ad otium & quietem virtutes, K quarũ opus in otio eſt, et quarũ in negocio. oportet autẽ multa negociorũ nobis exiſtere, vt liceat in otio eſſe. Quapropter tẽperatam ciuitatem eẽ oportet, ac fortem et patientem. nam, vt eſt in prouerbio, nullum otium ſeruile. qui vero nõ poſſunt fortiter pericula ſubire, ſerui ſunt inuadentium. Fortitudine igitur & conſtantia opus eſt ad negocium: philoſophia vero ad otium. temperantia aũt & iuſtitia ſ vtroq; tẽpore, ſed magis in L pace & otio. nam bellum quidem ipſum cogit homines eſſe iuſtos ac temperatos. fortunæ autem proſperæ fruitio, & otiũ cum pace, petulantes magis facit. Multa igiẽ iuſtitia, multaq; temperantia indigent hi, qui in optimo ſtatu conſtituti videntur, et in fruitione oſum rerum, quę beatos facere putantur. veluti ſiqui ſunt, vt poetæ tradũt, in beatorum inſulis. maxime.n. hi philoſophia, & temperantia M & iuſtitia indigerent, quãto magis otioſi ſunt in abundantia talium bonorum. Qua igitur de cauſa beata et ſtudioſa futura ciuitas his indigeat virtutibus, manifeſtum eſt. turpe eſt enim, non poſſe frui bonis: ſed in negocĳs quidem & bello viros probos videri, in otio autem & pace ſeruiles. Quamobrem oportet, non quemadmodum Lacedæmoniorum ciuitas, virtutem exercere. illi enim non

eo

A eo ab alijs differunt, quòd non putent eadem maxima bona quę cæteri: ſed eo quod prouenire illa exiſtimant magis per aliquã virtutem. Cùm vero maioraſint hæc bona, q̃s ea quę belli, & fruitio eorũ q̃s virtutum, & quia illius gratia, manifeſtũ ex his. Quomodo aũt, & per quæ id erit, vtiq; conſiderandũ. Diximus ſupra diuidẽtes, q̃ natura, & more, & ratione indigemus: ex his aũt quales aliquos naturaeſſe oportet determinauim⁹.

B Reſtat videre, vtrũ rãtione pri⁹ an moribus ſit eruditio faciẽda. hæc enim ſimul concordare debent optima concordatione. cõtingit enim rationẽ aberrare ab optima ſuppoſitione, & ſimiles per mores duci. Clarũ eſt hoc primũ quidem, quẽadmodum in alijs, q̃ generatio eſt ã principio, & finis à principio aliquo alterius finis. ratio aũt nobis & mẽs naturæ finis: quare ad hęc generationẽ ac morum inſtitutionẽ parare oportet. Deinde

C vt anima & corp⁹ duo ſunt, ita quoq; dũas videm⁹ eſſe animæ partes, vnã irrationalem, alterã quę habet rationẽ. habit⁹ quoq; earũ duos, quorum alter eſt appetitio, alter mens. Vt autẽ corpus in generationem antecedit animã, ſic pars irrationalis antecedit eã partẽ quæ habet rõnẽ. Patet id in pueris, quib⁹ ſtatim ira & voluntas & cõcupiſcentia exiſtit: at ratio & mens, procedente ętate, in illis fieri natę ſũt.

D Quapropter corporis curã neceſſe ẽ prius ſuſcipere, q̃s animi, deinde appetitus. curam tñ appetitus qui gratia mentis: curã vero corpis, qui gratia animi.

Si ergo ab initio prouidẽdum eſt à legis poſitore, vt optima ſint corpora eorum quí educantur, primo quidem circa coniugia prouidere debet, qua ætate & cuiuſmodi exiſtente, ſint in matrimonium copulandi.

Quæ circa coniugia, ac liberorum procreationem conſyderanda ſint, ac peragenda. E *Cap. 16.*

HOc autem inſtituet legis poſitor, inſpiciens ad ipſos, & ad vitę tempus, vt ętatibus in idem cõcurrant, nec diſcrepet gignendi potentia. Viro enim adhuc generare potente, ſi mulier ipſa concipere non poſſit: vel muliere quidẽ ad cõcipiendum apta, ſi vir ipſe non poſſit, lites ac diſcordiæ ſter eos oriuntur. Ad filiorum quoq; ſuſceptionem eſt inſpiciẽdum, ne

F nimis diſtent ab ætate paterna: q̃m nec ipſi ſenioribus gratiam referre vllã poſſunt, nec parentes filijs adiumenta præſtare.

Nec etiam nimis proximi ad ætatem patrnam accedere debent filij. habet enim hoc turbationem non paruam: cùm neq; tanta ſit reuerentia huiuſmodi filij erga genitores, vtpote quaſi æqualibus, & circa gubernationem dom⁹ querelæ ex iſta quaſi paritate ſoleant prouenire. Inſuper, qđ dicere incipientes huc digreſſi

digreſsi fuimus, vt corpora natorum ſint ſecundum legis poſitoris voluntatem, ferè quidem hæc omnia prouenient per vnã diligentiã. Nam cum ſit finis gignendi, vt plurimum viris quidem ſeptuageſimus annus, mulieribus autẽ quinquageſimus: ita coniugandi ab initio ſunt, vt ætatibus ad hunc finẽ cõcurrãt. Eſt aũt adoleſcentium coniunctio improba ad filiorũ procreationem. in cunctis enim animalibus iuueniles partus imperfecti ſunt, & fœminæ crebrius q̃ mares, & parua corporis forma gignuntur. quocirca neceſſe eſt hoc idem in hominibus prouenire. Huius autẽ coniectura fuerit, quòd in quibuſcunq; ciuitatibus conſuetudo eſt adoleſcentes mares puellasq; coniugari, in eiſdẽ inutilia ac pulilla hominum corpora exiſtunt. in partu quoq; laborãt magis puellæ, ac pereunt plures. Ex quo reſponſum oraculi Troezenijs datum quidam exiſtimant, ob iſtã cauſam, quaſi multis pereuntibus propter ἀωmaturitatẽ nuptiarum, non propter fructuum collectionem. Ad continentiam quoq; vtile eſt nuptias fieri ſeriores. intemperatiores enim eẽ videntur, cùm puellæ veneri aſſueſcunt. At maſculorum corpora creſcere impediũtur, ſi adhuc augente ſeminẽ conſuetudinem ineant. nam huius terminus qui ſpiam eſſe videtur, quẽ nõ multo excedit amplius.

Quapropter puellas quidẽ circa ætatem decem & octo annorũ nuptui tradere congruit, maſculos autẽ circiter ætatẽ annorum ſeptem & triginta. in hoc enim tempore, & vigẽtibus corporibus cõiungentur, ac procedente tempore ſimul apte deſinent procreare poſſe. & filiorũ ſuſcepcio partim erit ab iuuenis ætate vigentibus adhuc, ſi recte, pcedat ſtatim generatio: partim iam vergẽtibus ad annum ſeptuageſimum. Quibus igitur ætatibus coniugia ſint facienda dictum ſit. Tempus autẽ anni, vt nunc multi obſeruant, recte per hyemem aptius ad nuptias eſſe videtur. ſed conſiderãda ſunt in procreatione liberorũ, quæ à medicis & quę à phyſicis traduntur. Medici enim temporã corporũ ſufficienter oſtẽdũt: phyſici aũt de ſpiritibus, boreales magis q̃ auſtrales laudant.

Quæ autem corpora maxime vtilia ſint, magis dicendũ eſſet, vbi diſciplina liberorũ tractatur. ſummatim vero ſat fuerit nunc dixiſſe. neq; enim Athletarum habitudo vtilis foret ad ciuilem habitum, neq; ad ſanitatem, & procreationẽ liberorũ: nec rurſus humilis & imbecilla nimium, ſed media iſtarum. laborioſam enim habitudinẽ habere oportet, exercitatam vero laboribus non violentis, neque ad vnum laborẽ ſolum, vt Athletarum habitudo, ſed ad liberalia opera. hæc aũt ſimiliter viris mulie-

A mulieribusq; existere debent.

Prægnātes quoq; mulieres curam habere corporum oportet, nō pigrescētes, neq; subtili vtentes alimonia. hoc aūt facile est legum positori, pudere, si iubeat singulis diebꝰ iter quoddam facere debere ad Deorū sacra mulieres, quæ sortitæ sint cōcipiendi honorem. Mens tamen contrahēdi corpus, in trāquillitate est traducenda. quæ enim fiunt, ab ea quæ continet, capere videnī: quēadmodum illa quæ nascuntur
B à terra. Circa expositionē autē vel educationem filiorum lex sit, nihil orbatum natura fore educandū. In alīs vero, si mores instituto q; ciuitatis prohibeant natos exponere, ac multitudo tanta prolis alicui contigerit, vt duplicatꝰ sit filiorum numerus (nam is definitus esse debet) ad multitudinē nimiā euitandam anteuenire oportet, vt non cōcipiantur. nam postquā concepti sunt, & sensum aut vitam acceperint, nefas est attingere eos.
C Cùm vero determinatū sit, qua ætate vir & vxor sint ab initio coniugandi, quanto tempore liberis operationē dare cōueniat, determinemus. Seniorū enim fœtus, quēadmodum iuniorum imperfecti sunt, & corporibꝰ & intellectibus: senescentium quoq; fœtꝰ sunt irrobusti: quapropter illud maxime tempus probandū est, in quo maxime intelligentia viget in nobis. id aūt esset in plurimis, circiter annū quinquagesimū, vt poetarū quidā dixerūt, septenario numero ætatē dimetiētes. Itaq; qui quatuor aut q;q; annis hāc ætatē excesserint, derelinquere debent in aperto procreādi studium, ac de cętero vel sanitatis, vel alterius hmōi causa cōcubitum facere videri. Coitus vero ofs alterius q̄i coniugis, penitus sit interdictus: qñquidem sit & appellet coniunx. Quòd siquis deprehendatur cōtra facere per tempus procreationis, dignam pro delicto pœnam reportet.
D
E

De victu, & institutione puerorum. Cap. 17.

SVsceptis aūt filīs, multū referre putandum est ad corporis robur, quali victu nutriantur. Apparet vero ex cæteris animalibus, & ex gentibus, quibus cura est assidua bellicæ habitudinis, nutrimentū lactis maxime, ppriū esse corporibus: abstemiū autem magis propter ægritudines. Et pręterea motꝰ quoscunq; in ea ætate fieri daſ, conferunt. Ne membra vero ob
F teneritudinē distorta fiāt, vtunt adhuc gētes aliquæ organis quibusdā & machinis, quæ corpus à talibus illæsum cōseruāt. Confert etiam statim à pueritia frigori assuescere: hoc enim & ad sanitatē, & ad res bellicas vtile est. Quapropter apud multos Barbarorum cōsuetudo est, vel gelido amne natos immergere, vel parua veste amicire, vt faciūt Galli: ad cuncta enī ad quę

post

G possibile est, statim ab initio me
lius est assuescere. est autē apta
puerorum natura ob eorum ca
lorem, ad frigus exerceri. Circa
primā igitur ętatē hæc & huiusmodi diligentia est adhibenda.
Sequēti vero ætate vsq; ad annoq; quinq;, quia nondum ad disciplinā aliquam sunt admouendi, neq; labores perferre cogēdi, ne crescere impediantur, motus solummodo quosdam suscipere debent, quo pigritiam corporis
H euitent: qui motus præparandi sunt illis, & per alios actus, & p ludum. ludi vero ipsi, neq; illiberales neq; laborioſi esse debent, neq; remissi. Quas autē narrationes & fabulas illa ętate pueri audire debeāt, cura sit ꝛ̄ns q̄ pueris publice prꝛ̄ficiuntur. cuncta enim talia ad cōuersationes postea futuras accōmodāda sunt. itaq; ludi vt plurimū tales esse debent, vt sint imitationes eorū quæ pōstea serio erunt faciēda.
Cohibitiones vero puerorū et interruptiones ploratus, qui le-
I gibus prohibēt nō recte faciūt. sunt enim vtiles ad augmentū, cum sint quodāmodo exercitationes corporum. spiritus enim compressio facit robur laborantibus, quod contingit & pueris ploratū cohibentibus. Prouidendū est ab his, quibus puerorum cura publice cōmissa est, circa huiusmodi educationem, & alia, & vt q̄ minime cum seruis versent. hæc enim ætas vsq; ad annos septē, necessariū est vt domi alaſ. rationabile est ergo K
præcipue in hac ætate, vt ab auditu & visu seruilū rerū absint. Omnino igit obscœnitas verborum, vt & quicquā aliud, per legislatorē exterminăda est de ciuitate. ex turpiter enim loquēdi licētia sequit & turpiter facere. Potissimum igitur statim à pueris, neq; dicāt, neq; audiāt quicquam turpe. Si quis vero dicere aut facere quicquā prohibitorum deprehēsus fuerit, is si liber sit, sed nondum in conuentū comessatorū dignatus assumi, ho- L
nore prohibeatur, & verberib⁹ castigetur. sed si sit maioris ætatis, seruili infamia afficiatur, admissi seruilis officij gratia. Cùm vero dicere quicquā interdixerimus, clarum est q̄ & aspicere aut picturas, aut act⁹ deformes prohibemus. Sit igit cura magistratibus, nullā neq; picturam neq; statuā esse talium rerū imitatricē, nisi apud Deos quosdā, quibus ēt lasciuiā mos tribuit, apud hos permittet lex iam homines factos pro se, & filijs, & M
vxoribus sacra facere. Iuniores
*comessationum
sint neq; iamborū, neq; trāgœdiarū spectatores esse sinat, nisi cùm ad eam peruenerunt ętatē, vt in comessationibus vna cum alijs sedere, & potus etiā participes esse possunt, & ab ebrietate & hmōi labe insontes disciplina oēs præstabit. Nos quidem nunc cursim ista attigimus: postea vero insistētes oportebit determinare magis, siue oportet,

siue

ARISTOTELIS POLITICORVM LIBER OCTAVVS,

SVMMA LIBRI.

De puerorum inſtitutione, & de iis quæ ipſi addiſcere conſueuerunt. De Muſica, eius ſpeciebus, ac muſicalibus inſtrumentis: quæq; quibus conueniant.

Quòd faciendæ ſit circa pueros inſtitutio: & ea quidem publica. Cap. 1.

VOd igit à legis poſitore maxime intendendũ ſit circa diſciplinã iuuentutis, nemo vtiq; dubitabit. nam id quidem neglectum in ciuitatibus affert reipublicæ detrimentum. Oportet.n. ad ſingula gubernãdi genera diſciplinam accommodari. nam mos vniuſcuiuſq; proprius conſueuit & ſeruare rempublicam, & ab initio conſtituere. ceu popularis mos popularem, & paucorum potentiæ accõmodatus mos, eam quæ conſiſtit in paucorũ gubernatione. ſemper autem melior mos cauſa eſt melioris reipublicæ. Præterea in cunctis facultatibus & artibus ſunt quædam, ad quæ erudiri prius oportet, & aſſuefieri ad earum opera. itaq; manifeſtum eſt, q& ad virtutis actiones. Cũ vero vnus ſit finis ciuitati toti, clarum eſt oportere diſciplinam quoq; eſſe vnam & eandem omnium, et huius curã eſſe publicã & non

A ſiue non oportet primo quærentes, & qũo. ſed in præſenti mentionem de his facere neceſſariũ fuit. Forſitan enim non male circa hoc cenſebat Theodorus tragœdiarum actor. nulli enim vnquã concedere voluit, vt ante ſe ageret, neq; ex ũilibus ẽt hiſtrionibus, quaſi magis faueant auditores illis, quos primo audierint. Contingit hoc idem in conuerſationibus hominũ & rerũ: omniũ enim prima nos magis

B delectant. Quapropter oportet à pueris omnia turpia procul remouere, & maxime quæcunq; habent in ſe vel obſcœnitatem, vel improbitatẽ. Tranſactis vero annis quinq;, in duobus vſq; ad ſeptem oportet iam diſciplinas ſpectare, quas addiſcere eos oportet. Duę autem ſunt ætates in quas neceſſarium eſt diſciplinas diuidere: vna poſt ſeptimũ annum vſq; ad pubertatem: altera à pubertate vſq; ad annum vigeſimum primum. nam qui

C hebdomadibus diuidũt ætates, vt plurimum non dicunt bene. itaq; ſequenda eſt naturalis diſtinctio: omnis enim ars & diſciplina implere vult id, quod deeſt naturæ. Primum igitur videndum eſt, ſi facienda ſit inſtitutio quædã circa pueros: deinde, ſi vtile ſit publice curam eorum ſuſcipere, vel magis priuatim, quo modo nunc fit in plurimis ciuitatibus: Tertio qualem hanc eſſe curam oportet.

D

E

F

G & non priuatam: quemadmodum nunc vnuſquiſq; curã habet ſuorum filiorũ, priuatimq; docet & priuatam diſciplinam, pro vt ei videt. Sed oportet publicorum publice exercitationẽ fieri: & ſimul non debet quiſq; ciuis ſe ſuum exiſtimare, ſed omnes ciuitatis. particula enim ciuitatis vnuſquiſq; eſt: cura vero ſingularum particularum reſpicere nata eſt ad curam totius.

Laudari poſſunt in hoc Lacedæmonĩ: nam plurimam circa
H pueros diligentiam faciunt, & quidem publice. Quòd igitur lege prouidendum ſit circa diſciplinam iuuenturis, & hoc publice faciendum, patet.

Quales, quarumq; rerum, & cuius gratia debeat eſſe puerorum inſtitutio. Cap. 2.

QVænam vero iſta ſit diſciplina, & quomodo tradenda, latere nõ debet. Nam nũc quidem in ambiguo eſt, neq; eadẽ omnes cenſent iuuentutem addiſcere debe
I re, neq; ad virtutem, neq; ad vitam optimam: neq; cõſpicuum eſt, vtrum per intelligentiã magis deceat, vel per animi morẽ. Impedimentorum quoq; reſpectus cõſiderationem diſciplinæ conturbat: cùm manifeſtum nõ ſit, vtrum exercitatio noſtra accommodãda ſit ad ea quæ ſunt vtilia ad vitam, vel ad ea quæ tendunt ad virtutem, vel ad ea quæ ad maiorem quendam ſuperfluumq; pertinẽt apparatũ. hæc enim omnia patronos quoſ
K dam ſuſcepere. De his quoque quæ ad virtutem tendunt, nihil conſeſſum exiſtit. etenim virtutem non eandem omnes ſtatum honorant: ex quo fit vt diſcordent circa illius exercitationẽ.

Quod igitur ex vtilibus neceſ
L faria ſint addiſcenda, manifeſtum eſt. quòd autem non omnia, diſtinguentibus liberalia opera ab illiberalibus patebit, illa talia eſſe recipienda, quæ cùm vtilia ſint, faciunt exercentem habentemq; non vilis exercitũ operatorem. Vile aũt exercitium putandum & ars & diſciplina, quæcunq; corpus, aut animum, aut mentẽ liberi hominis, ad vſum & opera virtutis inutilem reddunt. Itaq; & artes illæ quę deterius diſponunt corpus, & cuncta mercenaria exercitia, ſordida nuncupam⁹. mentem enim occupatam & vilem reddunt. Sunt etiam quædam ex liberalibus ſcientijs, quas vſq; ad aliquid diſcere honeſtum ſit.
M penitus vero ſeſe illis tradere, ac ad extremũ vſq; proſequi velle nocumentis illis, quæ ſupra diximus, ob noxios facit. Sed refert plurimũ cuius gratia quis agat, vel diſcat. nam ſi gratia ſui vel amicorum, vel propter virtutem, non eſt illiberale. qui vero idipſum agit propter alios, ſæpe vtiq; videbitur illiberaliter ac ſordide agere. Diſciplinæ igitur illæ, de quibus diximus, ad vtranq; partem ſe habent.

Quæ

A *Quatuor esse, quæ pueri discere consueuerunt, quarum aliis ocij, aliis negocij causa vtimur. Cap. 3.*

SVnt aũt ferè quatuor, quas discere iuuenes consueuerunt, literas, gymnasticã, musicam. addunt vero & quartum quidam, figurandi peritiã. Literas quidem & figurationẽ, tanquam, vtiles & valde expedientes ad vitã: gymnasticã vero tanquã pertinentẽ ad fortitudinẽ. De Musica vero iã ambigitur. nã nunc quidẽ plurimi vo-
B luptatis gratia illã addiscunt: veteres aũt inter disciplinas eã collocauerũt, ex eo q̃ natura quæritur (vt ꝙpe dictũ est) non solũ in negocio rectè, verũetiã in otio laudabiliter posse versari. Hoc enim principiũ est omnium, vt rursus de illo dicamus. si enim vtroq; opus est, magis aũt expetendũ est otium q̃m negociũ. nec id quidẽ in ioco: nam sic necesse foret iocũ esse finẽ vitæ. q̃ si sit impossibile, & magis ſ negocꝫs vtendum est ioco. nam qui labo-
C rant, indigẽt relaxatione: et huiꝰ grã est iocus. negocia vero sunt cũ labore & conatu: & propterea oportet iocũ adhibere, qui tanquã medicinã eo ꝙpe afferat. nam relaxatio est hmõi motus animi, & ꝛequies ꝓ voluptatẽ.

Otium autẽ ipsum videt in se voluptatẽ habere, et felicitatem & vitam beatã & hoc nõ negociosis, sed otiosis existit. nã qui negociatur, alicuius gratia negociat, quod ſ̃ibi deest, felicitas aũt finis est, quã nõ cum dolore, sed D cum voluptate esse oẽs putant. Hanc tñ voluptatem non eandẽ omnes posuerũt, sed ſm se vnuſquiſq;, & ſm ſuum habitũ: optimus tamen optimã, & eam quę sit ab honestissimis. Itaq; manifestum est, q̃ oporteat ad otium quoq; degendum addiscere quędam, & erudiri: & has eruditiones ac disciplinas ſui ipsarũ esse gratia: illas uero quæ ad negocium, tanquã necessarias & gra ſ tia illorum. Quapropter Musicam antiqui ſter disciplinas col E locauere: non tanquam rem necessariã, nihil enim habet tale: neq; tanquam uilem, ut literæ ad lucrum, & ad rem familiarẽ, & ad ſtu̇dia, & ad ciuiles actiones cõplurimas. Videtur quoq; figurãdi peritia utilis esse ad iudicandum melius artificũ opera. neq; ut gymnastica ad sanitatem & robur: nihil enim horum uidemus ex musica fieri: re ſtat ergo quòd ad degendum in ocio, ad quod & apparet eam F adhiberi. quam enim putant degentiam esse ingenuorum hominum, in ea constituunt. Quapropter Homerus in poemate ſuo ita inquit:

Sed quale est uocari ad mensam »
opipare paratam.
Deïd noſans ꝺſdã alios, ſubdit: »
Et accersũt citharœdũ q̃ oẽs de- »
mulceat. et alio loco ait Vlysses:
Optimam esse degendi rõnem, »
qñ lętis oſbus cõuiuæ audiũt
citharœdũ, ſedẽtes per ordinẽ.

Quòd

¶ Quòd igitur ſit diſciplina quæ-
dam, quam nos vt vtilem, neq;
vt neceſſariã docendi ſunt filij,
ſed vt liberalem & honeſtã, ma-
niſeſtum eſt. Vtrum aũt vna ſit
numero, an plures, & quæ nam
iſtæ, & qũo, poſterius dicetur.
Nunc tantũ id præmiſſum ſit, q̃
apud antiquos habem⁹ teſtimo
nium ex his diſciplinis quas di-
ximus. muſica enim hoc manife
ſtat. Ac ẽt de vtilibus, q̃ aliqua
addiſcere pueros oportet, non
modo propter vtilitatem, vt pa
H tet in literis, verũ etiã propter
multas diſciplinas alias, quæ p
literas addiſcũtur. Similiter ve-
ro figurandi peritiã, nõ vt in ve
nundando emendoꝝ vaſa non
decipiantur, ſed potius quia cõ-
templari facit pulchritudinem
corporũ. quærere vero vtilitatẽ
vbiq;, minime congruit magna
nimis, & ingenuis hominibus.
Cùm vero manifeſtum ſit, verũ
morib⁹ an ratione ſit diſciplina
tradenda, & an circa corpus pri
mo vel circa mentem, patet ex
I his q̃ adoleſcentes gymnaſticæ
& pedotribicæ ſunt tradendi:
quarum altera qualem aliquã
facit habitudinem corporis, al-
tera operationes.

*De gymnaſtica, & puerorum exercitio-
rum diſciplina. Cap. 4.*

NVnc autẽ quæ ciuitates
curam habere puerorũ
maxime videnẽ, partim
athletarum habitudinem indu-
cere ſtudent, in quo deformant
corpora ac augmentationẽ eo-
rum impediunt. Lacones vero K
in hoc quidem non errant, ſed
efferatos laboribus reddũt ado
leſcentes, quaſi hoc vtile ſit ma-
xime ad fortitudinẽ. Atqui vt
iam ſæpius dixim⁹, neq; ad vnã
virtutem, neq; ad hanc maxime
reſpiciendum eſt ab eo qui curã
facit inſtitutionis. & ſi ad hanc,
non tñ id conſequuntur. neque
enim aliꝭ in animalib⁹, neq; in
gentibus videmus fortitudinẽ
adeſſe maxime efferatis, ſed po-
tius manſuetioribus & leoninis
moribus. multæq; ſunt gentes, L
quæ ad cædes hominũ, & ad eo-
rum comeſtionem inſultant: vt
circa Pontũ Achæi & Heniochi,
& ex mediterraneis aliæ gentes
ſimiliter his, vel magis: quæ qui
dem gentes clanculum per inſi-
dias latrocinantur, ad bellica tñ
opera nihil valẽt. Præterea ſci-
mus Lacones, dum ipſi ſoli exer
cebãtur, præſtitiſſe cæteris: nũc
autem eſſe aliꝭ inferiores. non
enim ob id præſtabant, q̃ iuuen
tutem exercerẽt, ſed q̃ ipſi exer-
citati, contra nõ exercitatos pu M
gnabant. Itaq; honeſtas, at nõ fe
litas eſt in certaminibus præfe-
renda. neq; enim lup⁹, neq; alia
beſtia, honeſtum periculum pu
gnãdo ſubiret, ſed magis vir bo
nus. Qui vero adoleſcẽtes i hæc
nimiũ tradunt, & in neceſſarijs
abſq; diſciplina dimittunt, vere
illos ſordidos reddũt. ad vnum
enim opus reipublicæ vtiles fa-
ciũt, & illud ipſum deterius, vt
ratio oſtẽdit. oportet aũt non ex

prio-

A prioribus opibus, ſed ex his quę nunc fiunt, iudicare. nam nunc quidē illi qui repugnāt diſciplinam habent, tunc vero nō habebant. Quòd igitur vtendum ſit gymnaſtica, & qūo vtendum conceſſum exiſtat. vſq; enim ad pubertatē leuiores exercitationes ſunt adhibendę, abſq; victu illo violēto & laboribꝰ coactis, ne corpora creſcere impediant. Signum erit non paruum, ſi ita contingat: qa inter eos q Olympia vicerunt, duo vel tres tantū B reperiūtur, qui ĩdem adoleſcentes & viri ſint victoriam conſecuti: propterea q; per exercitationes pueris adhibitas ſublata ſit vis ac robur à violentis laboribus. Poſt pubertatē verò cū annis tribus ad alia perdiſcēda intenderint, tunc congruit & laboribus & victu neceſſario illos occupare. nam ſimul mente & corpore laborare non oportet: cùm ſeinuicem impedire nata ſint: labor quidē corporis, mentem: mentis autem, corpus.

C *De muſica pulchra diſceptatio: de eius effectibus: & eam ad puerorum diſciplinam eſſe adhibendam.*

Cap. 5.

DE muſica vero dubia q̃dam poſuimus antea, & nunc rectū erit illa reſumere, vt tanquā cōſentanea fiāt rationibꝰ quas quis de ea dicēs oſtendat. Neq; enim facile eſt demonſtrare, quam potentiam habeat, neq; cuius gratia illā adiiſci oporteat, vtrū ſolatij cauſa & quietis, quēadmodum ſomnus, D & potus. nam hæc per ſe ipſa nō ſunt honeſta, ſed iocunda, & ſimul ceſſare curas faciunt, vt inquit Euripides. Quapropter inſtituunt in illa, & vtuntur cunctis iſtis ſimiliter, ſomno, & potu, & muſica. in his quoq; ſaltationē poſuerunt. An magis putandum eſt ad virtutem tendere muſicam, vt potentem, quēadmodum gymnaſtica tale aliquod corpus reddit, ſic & muſicam talem aliquem morem effi cere, aſſuefacientem poſſe recte E lætari. An ad degendi rationem aliquid cōfert, & ad prudentiā. nam hoc tertium ponēdum eſt, ex his quæ dicuntur. Quòd igitē oporteat pueros non ſolatij gratia diſcere, manifeſtum eſt. non enim ſolantur diſcentes: nam cū labore eſt diſciplina. Atqui nec ad degendi rationē pueris, neq; illi ętati cōgruit attribuere. nulli enim imperfecto cōpetit perfectio. Sed forſan videbitur puę rorum ſtudiū ſolatij eſſe gratia viris factis & perfectis. Quòd ſi F hoc tale eſt, cuius gratia oportet ipſos addiſcere, ac non potius, inſtar Perſarum Medorumq; regum, per alios idem faciētes voluptatis ac diſcipline participes fieri? etenim neceſſe eſt melius perfici ab his, qui hoc opus ſuū fecerunt & artem, q̃ ab his, qui tanto ſolū tempore in eo laborauerunt, quanto addiſcūt. Quòd ſi oportet in his eos laborare, ſimiliter & circa epularum appa

G ratum oportebit vtiq; eos addi
ſcere: quod eſt abſurdū. Eadem
quoq; dubitatio cadit, ſi poſſit
mores facere meliores. qd enim
opus eſt eos hęc addiſcere, ac nō
ex alijs audientes recte lætari, et
iudicare poſſe, quēmadmodum
Lacones? illi enim quanquā nō
didicerint, poſſunt tñ recte iudi
care, vt aiunt, quæ ſit bona, vel
nō bona melodia. Eademq; rō
foret ad ſolatiū, & ad rationem
degendi otij libero hoſte dignā.
quid enim oportet eos diſcere,
H ac nō alijs vtētibus frui? Cōſide
rare hoc licet ex opinione quā
habemus de Dijs. non enim lu-
piter cantat, aut citharā pulſat
ſm poetas: immo illos qui talia
faciūt, appellam⁹ viles: & opus
illud non viri neq; ſobrij, ſed io-
cātis. At enim de his poſtea erit
cōſiderandū. Prima vero quę-
ſtio eſt. vtrum muſica ſit in io-
co reponenda, vel non: & quid
poteſt efficere de his trib⁹ in du
bitatione propoſitis, vtrum di-
ſciplinam, an ſolatium, an ratio-
I nem otij degēdi. Rationabiliter
quidem ad omnia inſtituitur et
videtur omniū particeps. nā &
iocus gratia requietis eſt, ac re-
quietē neceſſe eſt eſſe iocūdam.
eſt enim medicina moleſtiæ il-
lius, quæ per labores ſuſcipitur:
& ratio degendi otij non ſolum
honeſtatem habere debet, verū
etiam voluptatē: felicitas enim
ex ambabus iſtis eſt. Muſicam
vero omnes fatemur eſſe ex io-
cundiſſimis, ſiue nuda ſit, ſiue
cum modulatione. Inquit proſ L
ćto & Muſæus, Carmen dulciſſi
mam rem eſſe mortalibus. Qua
propter & ad cœtus familiarū,
& ad vitam in otio degendam,
rationabiliter illam recipiūt, vt
potētem lętitiam afferre. Vnde
& ex hoc quis intelligat illā pue
ris eſſe perdiſcendam. quæcūq;
enim iocunda ſunt, atq; eadem
innocua, non ſolum congruunt
ad finem, verumetiam ad quie-
tem. cūm vero contingat homi
nibus perraro eſſe in fine, perſę
pe autē ceſſent & vtantur iocis, L
non ob aliud modo, ſed etiā ob
delectationē, vtile foret requie-
ſcere in his, q̄ ab illa prouenīūt,
voluptatibus. Contingit autem
hominibus feciſſe iocos finē, cū
& habeat fortaſſe finis voluptā
tem quandā, ſed non quācunq;.
Quærentes vero iſtā accipiunt
hanc pro illa, ex eo q; cum fine
agendi ſimilitudinē habet. nam
finis gratia nullius futuri expe-
titur: et tales voluptates nullius
futuri gratia, ſed gratia eorum
quæ anteceſſerunt, laborū ſ. & M
moleſtiarū, per quā igitur cau-
ſam quærunt felicitatē fieri. per
hmōi voluptates, hanc vtiq; ali
quis rationabiliter exiſtimet cau-
ſam. De communione autem
muſicæ non per hæc ſolum, ſed
etiam quia vtilis ſit ad ceſſatio-
nes, vt videtur nec per eas mo-
do, ſed inſuper quęrēdum, num
aliquādo aliud ex ea prouenīat.
pretioſior quidem natura eius
eſt, q̄ſm eū vſum, de quo ſupra
dicīt:

A dicitur: & oportet nō ſolum ab ipſa voluptatem capere, quam participant omnes ſm ſenſum. habet enim muſica naturalem voluptatē, per quam illius vſus cunctis ætatibus, cunctisq; moribꝰ eſt acceptus. Sed videndū eſt, ſi quo modo ad mores extenditur & ad animū. id aūt patebit, ſi aliquando tales aliqui ſm mores p illā efficiamur. Atqui q̄ efficiamur, per Olympi moderationē manifeſtū eſt: ea nāq; abſtrahit animā, & quodammodo rapit: raptus vero & abſtractio animæ circa morē affectio eſt. Præterea audientes repreſentationes, oēs afficiūtur etiā ſine melodijs & verſibus. Cùm vero cōtigerit muſicā eſſe delectabilium, virtutē autē eſſe circa lę tandū recte, & amare & odiſſe, oportet profecto addiſcere & aſſuefieri ad nullā rem adeo, vt ad iudicandū recte & ad gaudendum manſuetis moribus, & laudabilibus operibus. Sunt aūt in rhythmis & melodijs ſimilitudines maxime penes veras naturas iræ, & manſuetudinis ac fortitudinis & tēperantię & cōtrariorū his, & aliorū omniū quæ ad mores pertinēt. Patet id ex effectu. mutamus enim animū talia audientes. mos autē dolendi ac lætādi in ſimilibus prope eſt, vt erga veritatē eodē modo ſe habeat: ceu ſiquis gaudet imaginem alicuius vidēs, nō propter aliā cauſam, ſed propter formā ipſam, neceſſariū ē huic et aſpectum ipſum illius, cuius imaginem contēplatur, eſſe iocundū.

Contingit aūt in alijs quidem ſenſibilibus, nullā exiſtere ſimilitudinē morū: vt in his quæ tactu vel guſtu percipiuntur. in his etiā quæ viſu, admodum parum. figuræ enim ſunt talia, ſed ad modicū: & oēs huiuſcemodi ſenſus participant. inſuper non ſunt hæ ſimilitudines morum, ſed ſigna magis, quæ fiunt figuræ & colores morū. & ſunt hæc à corpore in paſſionibus. Attamen quantū refert circa horum viſionē, oportet pueros nō figuras inſpicere Paſonis, ſed Polygnoti, & ſi quis alter pictor vel ſtatuarius ſit moralis. At in melodijs ipſis ſunt imitationes morum, & hoc ē manifeſtū. ſtatim enim harmoniarū diſtincta eſt natura, ita vt qui audiunt aliter diſponantur, nec eodē modo ſe habeant ad vnamquāq; ipſarū, ſed ad quaſdā flebiliter & cōtractæ magis, puta ad eā quę appellatur Lydia mixta: ad quaſdam vero mollius ſm mentē, ceu ad illas quæ ſunt remiſſę: ad aliā vero mediocriter & cōpoſite plurimū, vt videtur Dorica facere ſola omniū harmoniarū. Phrygia vero diſtrahit ac rapit animū, & quaſi extra ſe ponit. hæc enim recte dicunt, q̄ circa hmōi diſciplinam philoſophantur: capiunt enim verborum teſtimonia ex rebus ipſis. Eodem modo ſe habet circa rhythmos. alij enim morē continent grauius,

G alij concitant, alij violentiores afferunt motus, alij liberaliores. Ex his igit̃ patet, ꝙ musica potest animi morẽ aliquẽ facere. Quòd si hoc potest musica, clarum est ꝙ ad puerorum disciplinam est adhibenda, & in ea pueri sunt instituẽdi. Congruit autem naturæ huiusmodi disciplina. nam pueri propter ætatem nihil ferunt sponte, quod nõ habeat in se iocunditatem: Musica vero ex his est, quæ sunt iocunda secundum naturam. Et videH tur cognatio quędam esse nobis cũ harmonijs & rhythmis. qua propter multi sapientũ dixere, alij quidem animã esse harmoniã, alij vero habere harmoniã.

De Musica quid discẽdum, ac ea vtendum, quidue minime: vbi de musicis instrumentis quamplura.

Cap. 6.

VTrum autẽ addiscere eos oportet cantando, & manibus agendo, vel non, quẽadmodum prius dubitatũ est, nũc erit dicendum. Non est I obscurum interesse multum ad hoc, vt efficiamur aliquales, si quis operum ipse sit particeps. nempe impossibile est vel certe ad modum difficile, vt qui opera ipsa non tractat, perite valeat iudicare. Et simul opꝰ est vt pueri habeant exercitationem aliquam. & Architæ tabella recte reperta est, quã pueris dant, vt in ea occupati, illa quæ sunt domi non frangãt: nescit enim puritia quiescere. hic est ergo infantibus conueniens ludus: discipli K na vero maioribus, tanquam tabella quædam. Quòd igitur docendi sint musicã, ita vt in opere ipso versentur, ex ipsis patet. Quid autem deceat vel non deceat secundum ætates, non difficile est determinare, ac respondere vituperatoribꝰ, vile huiusmodi exercitiũ esse dicentibus. Primum igitur cum iudicandi causa sint hæc opera perdiscenda, oportet in pueritia illis operam dare. in maiori vero ætate exercitationem dimittere: tan- L tum modo autẽ iudicare posse per disciplinam adeptam, ac lætari recte. Vituperatoribus autem, qui aiunt sordidos ac viles musicam facere, non difficile est respõdere, si consideremus, quo usq; illi opera danda sit ab his, qui ad virtutẽ ciuilem eruditur, & q̃ melodiæ, quiue rhythmi sint addiscendi, & præterea quibus instrumentis percipiatur. nam in eo quidem plurimũ refert, consistitq; in his obiectionibus solutio. nihil enim vetat, M modos quosdam musicæ illud, quod aiunt, efficere. Clarum est igitur oportere disciplinam etꝰ neq; impedimentum afferre cæteris operationibꝰ, neq; corpus efficere inutile ad bellicas ciuilesq; exercitationes: ad vsus quidem iam, ac disciplinas vero postea. Erit autem hoc, si neque in illis laborabunt quæ ad certa artificia pertinẽt, neq; circa admirabilia quædã & superflua, quæ

in

A in certamina prius, & de certaminibus in doctrinam venere: ſed eouſq; , vt gaudere valeant probabilibus melodijs et rhythmis, & non comuni ſenſu muſicæ ſolum, vt animalia quædã, & turba ſeniorum ac puerorũ. Patet etiã ex his, quibus inſtrumentis ſit vtendũ. neq; enim tybię ſunt in diſciplina recipiẽdę, nec aliud artificioſum inſtrumẽtum, vt cithara, & ſiquid aliud tale: ſed quæcunq; faciſit audito
B res bonos, vel muſicę diſcipline, vel alterius. Inſuper tibia nõ eſt morale, ſed potius ſuſcitatiuum & concitatiuum. itaq; ad hmõi tẽpora eſt vtendum illa, in quibus ſpectacula magis purificationẽ patiuntur, q̃ diſciplinam.

Adiungamus autẽ & illud, q̃ contrariũ diſciplinæ efficit, impediens rõnẽ, vt tibiarũ ſonus. Quapropter bene reprobaueṙt illarũ vſum antiqui, licet prius vſi fuiſsẽt. Studioſiores enim facti gr̃a diuitias, & animoſiores ad virtutẽ, poſt victoriã contra
C Medos habitã, ac ex rebus geſtis magnũ de ſe opinantes, diſciplinam omniũ arripuerunt, nõ iudicantes, ſed experientes. Quapropter tibiarũ quoq; vſus tũc receptus eſt. nã & apud Lacedæmonios quidã qui ludos exhibebat, ipſemet tibijs modos fecit. & Athenis eouſq; in cõſuetudinẽ venit, vt ferẽ ingenui oẽs addiſcerent. quod patet ex tabula â Thraſippo poſita, cũ ludos pro tribu ſua dedit. Poſtea vero
D in deſuetudinem abijt, & impro bari cœpta eſt, cùm iã melius p̃ experientiã iudicare poſſent, q̃d ad virtutem pertineret, & quid non. Eodemq; modo permulta inſtrumentorũ antiquorũ improbata ſunt, veluti Pectides & Barbiti, & quæ ad voluptatẽ audientiũ intendebãt, heptagona, & trigona, & ſambucæ, & cuncta quæ indigẽt perita manuũ geſticulatione. Rationabiliter q̃ illud ſe habet, quod antiqui de tibijs fabulãtur. aiunt enim Mi-
E neruã repertricẽ, tibias abiciſſe ob deformitatẽ oris. atq; nõ male habet dicere, feciſſe hoc Deã, deformitate oris infenſam: ſed tamen multo magis ob id, quia nihil confert tibiarum vſus ad intelligentiam & mentem, cùm ſcientia & ars Mineruæ ſit attributa. Cum vero inſtrumentorum & operis probauerimus artificioſam diſciplinam: artificioſam vero illam poſuimus quæ verſatur in certaminibus: in illis enim qui agit, non propriæ
F virtutis gr̃a agit, ſed vt audientes delectet, & oneroſa quidem delectatione: quapropter nõ ingenui hoſs cenſemus eſſe huiuſcemodi opus, ſed p̃ viles ac fordidos contingit illud fieri. nam finis, cuius gratia faciũt, improbus eſt, cùm ſpectator oneroſus exiſtens, modo hoc, modo illud exigere cõſueuit: ita vt artifices quoq; placere ſtudentes, illiuſmodi efficiantur, & corpora ſimiliter propter motus.

Harmonijs & rhythmis omnibus nō eadem esse: diuersis tamen ad diuersa, ac secundum ætates diuersas: ubi de harmoniarum differentijs multa.

Cap. 7.

COnsiderandum est autē, vtrū omnibus vtendum sit harmonijs & omnibus rhythmis, an distinguendum. Deinde vtrū illis qui eruditionis causa laborāt, eandē dictionem tribuamus, an tertiū quiddam aliud. Quū videmus musicam esse per melodiā & rhythmos, horū vtrunq; latere nō debet, quā vim habeat ad doctrinam: & vtrū præferenda sit ea pars, quæ in melodijs consistit, an ea quæ in rhythmis. Putāt igitur multa de his esse dicta recte à musicis quibusdā, qui nūc sunt, & à philosophis qui peritiam habēt huius disciplinæ, discussionē & examen singularū partiū illis dimittemus, qui perquirere volēt: nos autē legitime solū modo in genere de ipsis dicam⁹. Cùm illa probetur à nobis melodiarum diuisio, quā faciunt quidā philosophi, & aliæ sunt morales, aliæ effectiuæ, aliæ abstractiuæ, ponentes naturam earū ad singula istorū propriā: dicimus aūt, non vnius vtilitatis gratia oportere musica vti, sed multarum: nam & doctrinæ gratia & purificatiōis. (quid autem purificationē intelligam⁹, nunc simpliciter, alias vero diligentius ī his quę de Poętica scribim⁹, dicemus) tertio gratia delectationis ad gendi occū quietisq; causā & remissionis curarū: patet omnib⁹ harmonijs esse vtendum, sed nō eodē modo: verum ad doctrinā quidem moralibus est vtēdum maxime: ad eruditionem vero aliorū pulsante, effectiuis & abstractiuis. nam affectio illa, quæ contingit circa animos quorundam vehementer, in cūctis existit. Differt autem ſm magis & minus, ceu miseratio & metus, & præterea abstractio animi. nā per hunc motum deuoti, & supplices quidā fiunt. Videmus autē & sacris melodijs ita affici, qū vtuntur expiantibus animā carminibus, quasi medicinā tractis, & purificatione. Hoc idem euenire necessum est ijs qui cōmiseratione, & qui metu, & quibus affectibus detinent, & alios, quatenus cuiq; talia cōtingant: fieriq; in oībus purificationem quandā & leuationē cum voluptate. Sifr autē carmina purificatiua lętitiā afferunt innocuā hominibus. quapropter talibus harmonijs, & talibus carminibus sp ectandi sunt hi, qui theatralem musicā tractant certatores. Sed cū spectator sit duplex, alter ingenuus & doctus, alter vilis & indoctus, ex opificib⁹ turbaq; vrbana, his quoq; accommodanda sunt certamina, & spectacula ad cessationē & requietem. vt enim illorum animæ distortæ sunt à naturali habitudine, sic harmoniarū & melodiarum distortiones sunt quędam,

illæ

A illæ quæ ſunt vehemẽtes & infractæ. Delectat vero ſingulos id quod ſuæ naturæ ſit aptum. quãobrẽ licentia permittẽda eſt his, qui de arte muſica certãt in theatro, vt ad huiuſmodi ſpectatorẽ tali genere vtãtur muſicę. Ad doctrinã vero, quemadmodum dictũ eſt, moralibus melodĩs eſt vtendum, & talibus harmonĩs, qualis eſt Dorica, vt ſupra diximus. Recipienda eſt & alia quãcunq; nobis ſudent, qui in philoſophia muſicaq; verſantur. Socrates vero ſ libris de Republica non recte Phrygiã tantummodo adiungit ad Doricã, licet improbans tibiã ex inſtrumentis. habet enim eandẽ vim phrygia in harmonĩs, quã habet tibia in inſtrumentis. ambæ enim concitant animos, & in affectus impellunt. Oſtendit hoc Poeſis: tota enim bacchatio, & tota huiuſmodi concitatio maxime omniũ inſtrumẽtorum p tibias fit. harmonia vero Phrygia maxime hunc modũ habet: ceu Dithyrambus manifeſte videtur eſſe Phrygius. Cuius quidem rei plura afferũt argumenta, qui circa huiuſmodi rerũ intelligentiã vacant. & inter cætera illud, q̃ Philoxenus aggreſſus Dorice facere Dithyrambos in fabulis, non potuit, ſed vi illius naturæ tractus fuit ad Phrygiã harmoniã, quæ maxime illis cõgruebat. Doricam aũt fatentur omnes conſtantẽ eſſe ac firmã, moremq; ſummopere cõtinere virilem. Præterea cũm medium extremorũ ſumendum eſſe diximus: Dorica autem hanc habet naturã ad alias harmonias: manifeſtum eſt q̃ Doricam præ cęteris decens eſt iuniores addiſcere. Sed duo conſideranda ſunt. vnũ, quid poſſit: alterum, quid deceat. nam poſſibilia quiſq; aggredi, & cõuenientia ſibi debet. Sunt aũt hæc diſtincta ætatib⁹, ceu defeſſis iam tempore non facile eſt alti ſpiritus cantilenas canere, ſed talibus ſubĵcit natura remiſſas. Ex quo Socratẽ in hoc quoq; merito reprehẽdunt quicũq; ex his, qui circa muſicam verſantur, q̃ remiſſiores harmonias improbauit ad doctrinam, quaſi vinolentas accipiens eas, non ſecundum vinolentiæ naturam (nam vinolentia magis debacchari facit) ſed defeſſas. quare & ad futurã ætatem ſeniorũ, opus eſt huiuſcemodi harmonias attingere, & huiuſcemodi melodias. Præterea, ſiqua eſt talium harmoniarum, quę conueniat puerorum ætati ex eo quia poſſit ornatũ ſimul doctrinãq; afferre: qđ Lydia maxime omnium harmoniarũ habere videtur: manifeſtum quòd hæ tres determinationes ſunt in doctrina faciendæ, medium, poſſibile, ac decens.

B C D E F

Librorum Octo Politicorum finis.

LEONARDI ARETINI VIRI CLARISS. IN LIBROS OECONOMICORVM ARIST.

AD COSMVM MEDICEM FLORENTINVM PRAEFATIO.

Praeclara sunt interdum parui corporis mancipia, quod Lapilli gemmaeq; testantur. Et homines nonnunquam pusilli grandioribus praeualent, vt de Tydeo scribit Homerus: à quo breui & exiguo cruore certaminibus longe superatos fuisse tradit. Statius quoq; Homerum (credo) secutus, de eodem inquit: Maior in exiguo regnabat corpore uirtus. Tu igitur, Cosme doctissime, hoc quicquid est libelli ob paginae breuitatem neglectum despexeris. pusillum quidem est, at uerbis amplum, & pretio dignum: quod ego per has ferias è Graeco interpretatus, non immerito, vt mihi uidor, tibi potissimum destinaui. Cui enim rectius de gubernatione exercitus praecipi potest, quàm illi qui exercitum habet? Cui rursus de rei familiaris administratione, quam ei qui rem amplam possidet? & tueri illam cum laude gloscit, & augere cum dignitate? Licet ergo per te multum sapias, & à patre tuo uero sapientissimo quotidie audire possis, operaepretium tamen erit quod de re familiari tradiderunt excellentissima philosophorum ingenia cognouisse. Vt enim medicina sanitatis, ita rei familiaris diuitias finem esse constat. Sunt uero uiles diuitiae, cum & ornamento sint possidentibus, & ad uitam exercendam suppeditent facultatem. prosunt etiam natis, qui facilius per illas ad honores dignitatesq; foelicissimas euehuntur. Non quorum uirtutibus obstat res angusta domi, haud facile emergunt, vt portae nostri dicta sententia. Quare cum nostri, tum nostrorum multo magis charitate, illarum amplificationi, quo ad honeste possumus, studendum est: quoniam à philosophus in bonis numeratur, & ad felicitatem pertinere creduntur. Tu igitur harum praeceptarum in hoc libello Aristotelis legas, quem ego tuus solum transtuli è Graeco, vt maxime consonum esse putaui: uerumetiam explanationem quandam obscurorum uerborum adiunxi, quo tibi legenti dilucidior esset.

Primum igitur illud praemittendum est, duas philosophiae esse partes: quarum altera in cognitione rerum: altera in agendo uersatur. Prima ferè pars ad illa pertinet, quorum finis est ipsa cognitio. Activa praecepta uita continet, quae scire parum est, nisi deducas in actum. Ea uero praecepta diuidam: ut Aristoteli placet. aut enim circa mores nos instruunt, aut circa rem familiarem, aut circa rem publicam. Harum primam Ethicam, secundam oeconomicam, tertiam Politicam Graeci appellant. nos, vt opinor, nostris uocabulis uti magis decet, quàm alienis. Nunc ad textum Aristotelis ueniamus.

ARISTO-

ARISTOTELIS OECONOMICORVM LIBER PRIMVS.

Leonardo Aretino interprete.

SVMMA LIBRI.

De ijs, quæ ad rem attinent familiarem, eiq; sunt propria.
De variis erga diuersos Oeconomi legibus.

Quomodo differant & conueniant inter se Politica & Oeconomica, & quis earum sit ordo. Cap. 1.

B

REs familiaris et respublica Iter se differunt, nõ solum quãtum domus & ciuitas: (hęc.n. sunt eorũ subiecta:) verum ẽt illo, q̃ in republica q̃dem plures imperãt, in re familiari vero vnius dũtaxat est imperator & rector. Quædam.n. artes distinguũtur, nec est eiusdem fecisse ac facto vti: quẽadmodũ lyra & fistulis. sed reipublicę disciplinæ, est ciuitatẽ ab initio constituisse, & constituta bene vti. itaq; patet etiã esse rei familiaris, parare domum, & illa vti. Ciuitas quidẽ est multitudo domorum, agro & pecunijs sufficienter abũdans ad bene viuendũ. Id aũt ex eo patet, q̃ si compotes horũ esse nequeũt, societas soluit. Insuper huius gratia in vnũ coeunt. cuius autem gr̃a vnumquodq; est, & fit, & substãtia ipsius hæc existit. Itaque patet priorẽ esse rẽ familiarẽ q̃ rempublicã: nam & opus illius est. pars enim ciuitatis est domus. Consyderandũ est igit̃ de re familiari, q̃d sit illius op⁹.

C

De partibus domus, & unde fit sumenda possessio. Cap. 2.

DOmus q̃dẽ partes sunt, homo & possessio. Qm̃ vero primũ in minimis natura cuiusq; inspicitur, in domo quoq; se habet ita. Quare fm Hesiodum hoc ad esse conuenit. Domicilium in primis, mulieremq;, & bouẽ aratorem. alterum.n. primũ f victu est, alterum in liberis. itaq; oportet ea quæ ad vxorem spectant, recte dispositisse, hoc est prouidisse, vt talis sit qualis esse debeat. Possessionis autem prima cura est ea, quę fm naturam. secundum naturam vero potissima est agricultura. Secundo loco, omnia quę sunt à terra: ceu metallorum,

E

F

Agricultura docta.

G tallorū, & ſi qua alia hmōi. ſed agricultura precipue, qm̄ iuſta. nō. n. ab hoſtibus, nec volētibus vt cauponaria & mercenariæ: nec inuitis quęrit, quemadmodum bellicæ artes: & eſt earum rerū quæ ſunt ſm̄ naturam. natura. n. omnis educatio eſt à matre: quare et hominibus à terra. Prodeſt ēt hæc plurimū ad fortitudinem. non. n. quēadmodū viles artiū, corpora eneruat, ſed talia facit, vt & ſub Dio conſiſtere, & tolerare laborē valeāt,
H & aduerſus hoſtes pericula capeſſere. ſoli enim hi res ſuas extra munitiones habent.

Quòd viri & mulieris ſocietas ſecundum naturā ſit neceſſaria, et quòd multa commoda contineat. Cap. 3.

SEd eius diligentiæ quæ eſt circa hoſtes, primę ſunt partes circa vxorē. ſocietas. n. ē maxime ſm̄ naturā mari & fœminæ. Præmiſſum eſt enim à nobis & alijs locis, deſyderare naturam multa efficere talia, ve-
I luti vnumquodque animaliū. eſt enim impoſſibile fœminam ſine mare, aut marem ſine fœmina hoc adimplere. quare eorum ſocietas neceſſitate conſtituta ē. Enimuero in cæteris animalibus abſq; rōne id fit, & inquantū naturæ capacia ſunt, & procreandi gra ſolum. in cicuribus aūt & prudētioribus diſtinguunt magis. apparent. n. in his magis mutua auxilia, & dilectiones & cooperationes: maximeq; in homine id conſpicit, ꝙ
II non eſſendi cauſa ſolum, verū etiā bene eſſendi mas & fœmina ope mutua coniunguntur. filioſq; procreant, non ſolū vtid naturæ tributū ferant, verumetiam vt commoda exinde ſuſcipiant. valentes enim ipſi, imbecilles ſuos labore tuentur, & alunt. mox imbecilles ob ſenū facti, à valentibus eadem reportant. Et ſimul natura per hunc circuitum adimplet ſempiternitatem: ex quo ſm̄ numerum non poteſt, at ſm̄ ſpeciem. ſic L
. n. diuina prouidentia vtriuſq; natura ordinata eſt, viri ſ. et mulieris ad ſocietatē. Tendunt. n. eorum oſa in idem vtilitatis, licet contraria quędā videantur. Alterum. n. robuſtum facit, alterū imbecillius. vt hoc quidē obtimorē cautius, illud vero propter fortitudinē pugnacius eſſet. et alterū parat foris, alterum parta domi conſeruat. Ad operis vero effectionē, alterū ſedulitatē intra limē agit, ad externā vero peruagationē imbecil- M
liſi. alterū ad ſedulitatē deterius eſt, ad motus aūt valentius. Circa prolem autē, generatio quidem propria eſt, vtilitas vero communis. alterius enim nutrire eſt, alterius erudire.

Leges viri ad uxorem. Cap. 4.

PRimū igitur leges ſint viro ad vxorē, & iniuria ceſſet. ſic. n. nec ipſe iniuriam patietur. hoc. n. & cōmunis lex in-

ducit,

A ducit, vt Pythagorici dicunt, quēadmodū ſeruā à lare abductam, quā minime decet videri iniuria afficere. eſt aūt viri iniuria externarū mulierū coit⁹. In vſu vero, vt neq; deſit ꝓſentib⁹ nec abſentibus impotens ſit acquieſcere: ſed ita aſſuefieri, vt ſufficienter ſe habeat in ꝓſentia
» & abſentia. Recte vero ſe habet
» & illud Heſiodi. Puellā accipe-
» re oportere, vt gratis moribus
» eā imbuere poſſis. diuerſitates
n. morum nequaquā ſunt ad di
B lectionē apte. Circa ornatū vero, quemadmodum I moribus fictionem eſſe nō decet, ſi ſimul appropinquare debent, ſic etiā nec in corpore. nam illa, quæ ꝓ ornatum fiunt, nihil differunt ab hiſtrionum vſu, Tragœdias in ſcena agentium.

Legi domini ad ſeruos. Cap. 5.

C POſſeſſionum autē prima quidem, ac maxime neceſſaria eſt illa, q̄ optima & principaliſſima: id autē eſt homo. quapropter oportet primo ſeruos parare ſtudioſos. Seruorū aūt ſpecies duæ, curator, & opifex. cūm vero cernamus, q̄ diſcipling tales aliquos faciūt iuuenes, neceſſariū eſt poſtquā parāueris, imbuere illos, q̄bus liberalia officia fuerint cōmittēda. Cum ſeruis autem verſetur ita, vt neq; ſuperbos eſſe ſinat, neq; abiectos. & liberalioribus quidē honorē, opificibus vero cibum abunde tribuat. Et quo- D niam vini potus etiam liberos ad inſolētiam impellit, & apud multas nationes ingenui quoq; ab illo ſe abſtinent, vt Carthaginienſes dum militant: patet q̄ vini, aut nihil *aut valde raro ſeruis tradēdum eſt. Tria vero cum ſint: opus, cibus, & caſtigatio, cibus quidem ſine caſtigatione & opere petulantē reddit: opus vero, & caſtigatio ſine cibo violenta res eſt, & infirmū facit ſeruum: reſtat igit̄, vt E opus faciendū illi tribuat, & cibū ſufficientē. ſine mercede. n. dominandum non putant. merces autem ſerui, cibus eſt. Verū vt alī deteriores fiunt, q̄ nec melioribus tribuit melius, neq; præmia ſunt virtutis & vitī ꝓpoſita: ſic ēt ſerui. quapropter oportet conſyderationem habere, ac indulgere illis, & permittere ſingula ſecundum merita, & cibum, & veſtem, & quietem, & caſtigationem verbo, F & opere, medicorum artē imitantes, in medicinæ loco proſpicientes, quòd quidem cibus medicina non eſt propter continuationem. Genera vero ſeruorum ad opus faciendum optima eſſent, neque timida, neque fortia nimis. in vtriſque enim peccatum eſt. nam & nimis timidi non ferunt laborem: & ferocibus non commode imperatur. Oportet quoque finem omnibus eſſe terminatum, eſt enim iuſtum ſimul

Βλάχες.

&

G Vtile, libertatem esse propositam. libenter enim labores subibunt, si & propositum præmium conspexerint, & tempus definitum. Sunt etiam procreatis filiis, tanquã obsidibus obligandi. Nec plures habendi sunt eiusdem generis, quẽadmodũ in ciuitatibus. Sacra quoq; & largiores epulas seruorum gratia magis faciendum, quam liberorũ. plura.n. ipsi habẽt, cui vtiq; gratia talia instituta sunt.

Lege Oeconomi. Cap. 6.

H QVatuor habere oportet patrẽ familias circa pecunias. nam & ꝯrere posse conuenit, et quęsita tueri. alioquin nulla quærẽdi foret vtilitas. nam cribro haurire nihil aliud est, ꝙi (quod dici solet) terebratum vas. Esse præterea talem, vt & ornari præsentibus & frui sciat. horũ.n. gratia habere illas expedit. distinguenda quidem sunt singula, & plura habẽda fructuosa ꝙi infructuosa, & negocia sic sequestrãda, vt omnium simul periculũ non subeatur. Circa tuendũ autẽ quęsita, vtiles sunt Perficæ & Laconicę, vtilis etiam Attica dispensatio: vendentes.n. emunt. & penoris institutio non est in exilioribus administrationibus. Est autem Persica, ipsum osa iubere, omniaq; inspicere. Et qđ de Dionysio inquit Dyon. nullus.n. parẽ curam habet alienorum & suorum. itaq; quęcũnq; per ipsum geri possunt, circa illa cum diligentia intendat. in quo Persę simul & Libyci dictum recte se habet. Persa enim rogatus, qd equũ maxime pinguẽ faceret? oculus domini respondit. Libycus vero rogatus, quod sterquilinium agro foret optimum: domini, inquit vestigia. Sunt igitur inspicienda negocia diligenter viro, inspicienda et ab vxore, prout iter eos distinctæ sunt curæ. Et hoc faciendum est, in exilioribus qdem administrationibus raro: in grandioribus autem, quorum cura alijs committitur, sæpe. nisi enim quis bonũ exemplum de se præbuerit, imitatorem diligentię habiturum nõ existimant, neque in re familiari neque in alijs: quoniam impossibile sit, non diligentis domini diligẽtes esse vicarios. Cùm vero hęc ad virtutem honesta sint, & ad rẽ familiarem vtilia, expergisci decet prius dominum ꝙi seruum, & cubitum ire posterius. nec vnquam incustoditam eẽ domũ, quemadmodum nec vrbem, quando opus est, neque die, neque noctu. Et ante lucem surgere. quod & ad sanitatem, & ad curam rei familiaris, & ad studium Philosophiæ prodest quã plurimum. In paruis igitur administrationibus Attica regula circa fructus vrendum est. in magnis vero distinctio facienda est eorum quæ in annum, & eorum quæ in singulos menses consumere oportet. Eodemq;

modo

A módo in inſtrumentis ſeparanda ſunt ea, quorum vſus quotidianus eſt, ab his quæ raro ſunt vſui. hęc tradenda ſunt ijs, quibus negocia commiſeris. ac certo tempore inſpectio eorum facienda erit, vt non lateat, quid ſaluum ſit, quid ue perierit. Aedes quoq; ita parandæ ſunt, vt & rerum poſſeſſarum, & ſalubritatis, commoditatisq; rationem habeamus. Rerum poſſeſſarum dico, ceu fructuũ & veſtium, quales his conducant. &
B fructuum, quales aridis, & quales liquidis. & aliarum rerum & quales animatis, & quales inanimatis, ſeruisq; & liberis, maribusq; & fœminis, ciuib⁹ et pegrinis. Cõmoditatis vero & ſalubritatis, vt eſtate qdẽ vẽtorũ afflatũ, hyeme vero Solẽ recipiat. eſſent aũt tales, ſi auerſo Borea fuerit, nec æqualiter lateq. Videtur quoque in magnis domibus vtilis eſſe ianitor, qui ſit ad cætera inhabilis, pro obſeruatione importandorum & ex
C portandorum. Ad rectum vero vſum inſtrumentorum illud Laconicũ valet, ſingula ſuo loco iacere. ſic.n. parata nõ requrẽt.

LEONARDI ARETINI viri clariſs. explanatio in Librũ primũ Oeconomicorũ Ariſtot. ad Coſmum ſuum.

REs familiaris & reſpu. inter ſe differũt. Diximus ſupra in prooemio, quã Græci Politicã vocãt, nos appellare rempub. hinc ſunt. M.T. D
de repub. libri. Item quã illi Oeconomicam, noſtri Rem familiarẽ dixere. hinc patris familias nomen venit, q̃ domum gubernat ac moderatur. De re igitur familiari dicturus Ariſt. præmittit differentiã inter illam, & rempub. dicens non ſolum eſſe tantam differentiã, quã ta eſt inter domum & ciuitatem, quæ ſunt ſubiecta earũ, verumetiã in illo differre, q̃ in rep. plures qdẽ imperant: in re vero familiari vnus dũtaxat eſt imperator & rector. qđ dicit bonum eſſe ſubiectum rei familiaris, non hic pro parietibus & E
tecto domus ſumitur, ſed pro familia. ciuitas quoq; non mœnia & tecta, ſed concilia cœtusq; hominũ ſignificat. Rei igitur familiaris diſciplina circa domũ: reipub vero circa ciuitatem verſatur: quæ prima eſt differentia. Secunda vero differentia eſt: quia in repub. plures imperant, vt Romæ, ſenatus, cõſules, tribuni militares, ædiles curules, prætores vrbani, tribuni plebis. Nam imperare dicuntur, quicunq; magiſtratũ in repub. gerunt, quo-
rũ dicto parere neceſſe eſt. ſunt.n. F
ſuperiores, vnde illud naſcitur legitimum. par in parem non habet imperium. In repub. igitur plures imperant: in re autem fami. ſolus paterfamilias. hic.n. iubendi & animaduertendi in familiã poteſtatẽ habet, eiusq; dicto parere neceſſe ẽ. Itaq; v[illegible]illi publice, ſic iſte priuatũ magiſtratũ gerit imperiumq; exercet. Quædam enim artes diſtinguuntur. Poſt aſſignationem differentiam rei familiaris, & reipub. genus earum commune attingit. ſunt enim hę artes quędam. Artium ve-

ro

G ro diſtinctio ſit. quarūdā enim eſt
fecisſe, at non vti facto. qđ patet in
lyra & fiſtulis. lyrā.n. facit artifex,
& fiſtulam cauat: vtitur aūt poſtea
non ipſe qui facit, ſed muſicus. ſunt
igit quedā artes, quarū eſt fecisſe,
& nō vti facto. Aliæ cōtra. parant.n.
quod vendū eſt, & parato vtūtur.
huius generis eſt rei familiaris diſci
plina, & reip. Eſt.n. reipub. conſti-
tuere ciuitatē ab initio & conſtitu-
ta bene vti. Eodemq; mō rei fami-
liaris parare domū ab initio, & poſt
quā parata, illa fuerit, illa vti. Ciui-
tas quidē eſt multitudo domorum.
H Aperit iam quid ſit ciuitas, & quid
domus. inquit.n. Ciuitas eſt multi-
tudo domorum, agro & pecuniis
ſufficienter abundans ad bene viuē
dum de domo aūt paulopoſt dicit
quid ſit, aſſignando partes, inquiēs:
Domus quidem partes ſunt homo
& poſſeſſio. Sed redeamus ad ciui-
tatē, cuius nuda deſcriptione conte
ti in præſentia ſimus. nam eſt locus
tractandi vberius in libris de repu.
Ciuitas, inquit, eſt multitudo do-
morū. qđ dicit domorū, intellige,
vt ſupra diximus. non.n. de parieti
bus & ſtillicidijs loquitur, ſed de fa-
milijs. nam neq; ciuitas muri & te-
I cta ſunt: ſed cœtus hominū iure ſo
ciatorū. Quod aūt ſubdit: agro &
pecuniis. ob hoc enim conueniunt
homines in ſocietatē cōem, vt ſuffi-
cientes ſint, & vt quod alijs deeſt ab
alijs reportēt. hic Agricola victum
parat, agrū ſerēs. Faber aūt ſibi ara-
trū & vomerem. Textor, & Sutor
veſtem, & calceos ſubminiſtrat. alle
frumentū & vinū eis tradit. ita re-
rū permutatio fit, quæ continet ci-
uitatē. Nummus deinde cōſtitu-
tus eſt ad faciliorē permutationē,
ne ſi Sutor forte domū ſibi parare K
velit, mille milia calceorum tradere
habeat: nā quis tot ſimul calceis in-
diget: ſed alijs multis indigēnbus,
calceorū vēditione facta pecunias
recipiat, & p domo tradat. Nūmus
igitur in ſubſidium repertus eſt. res
neceſſarias ad ciuitatē continendā,
tuēdāq; vitę ſocietatē. Ager quoq;
neceſſarius eſt, in quo cōſiſtat ac le
ratē & hoc eſt, qđ inquit, agro & pe-
cunijs et cęteris. qñ.n. multis cohabi
tantibus, & ſingulis opus ſuū in cō-
muni ſocietate cōferentibus, ſufficiē-
tia reſultat ad bene viuendū, tunc ē
ciuitas, & ciues ſunt qui iſto modo L
cōueniūt, & ſub eiſdē viuunt legi-
bus. Ita Florētini oēs vnā ciuitatē
faciūt, Senēſes aliā, Piſani aliā. Nec
quicq; refert intra vrbē habitēt, vel
extra. Sed qđ de pecunijs dixit, ad
oēs res q in æſtimationē pecuniā-
riā cadunt, hoc notandū referas. Id
aūt ex eo patet, q si compotes Ciui
tatē eſſe multitudinē domorū agro
& pecunijs ſufficiēter abundātē, ex
eo patere inqt, q si cōpotes eſſe ne-
queunt, ſocietas ſoluit: id eſt ſine il-
lis ciuitas ſtare non pōt. Ciuitas n. Ciuitas.
eſt ſocietas quedā. vt inquit Cicero
in lib. de repub. ſexto: nihil eſt illi M
principi de eo quod quidē in terris
fiat acceptius, quā concilia, cœtusq;
hoſum iure ſociati, q ciuitates ap-
pellantur. ſociati ergo hoſtes ciuita-
tē conſtituunt: ſoluta vero ſocieta-
te ciuitas interit. ſoluitur aūt ſocie
tas, ſi ea quæ retulit non adſint. Et
hoc eſt qđ ait, ſi compotes eſſe ne-
queant, ſocietas ſoluitur. Inſuper
huius gratia in vnum coeunt. cuius
aūt gratia vnumquodq; eſt & ſit, et
ſubſtantia ipſius hæc exiſtit. Alia p
batio, qđ ciuitas ſit multitudo do-

morū,

A mortũ,agro, & pecuniis ſufficienter abundans ad bene viuendũ. Coeſt n.homines ſimul I ſocietatẽ cõem, vt ſufficiẽter abundent ad bene viuendũ, vt ſupra diximus. quia qđ alijs deeſt, alijs affert I cõi ſocietate. cum igit huius gratia ſint ſociati ſimul homines, & niſi huius ſufficientię compotes ſint diſſoluat ſocietas,merito dici põt hanc eſſe ſubſtantiã ciuitatis.nam hęc faciunt vt ſubſiſtat ciuitas. quo autẽ aliud ſubſiſtit id eius ſubſtantia eſt. Sed quæro, cur poſuerit vnumquodq; eſt, & fuit.

B Rñdeo vt ſignificet cũm permanẽtẽ, vt eſt hic. nã huius gña cõſtitutę ſunt ab initio ciuitates, & huius gña durant,& in cõi ſocietate.merito ergo dr̃, cuius aũt gña vnũquodq; eſt & fuit, & ſubſtãtia eius hęc exiſtit. Itaq; patet priorẽ eſſe remfamiliarẽ. q rempu.nã domus, quę eſt reifami. opus prior eſt tẽpore, quã ciuitas, quæ ex domorũ multitudine cõſtituitur.pars .n. ciuitatis eſt domus.huius aũt materię partes priores ſunt quã totũ: quẽadmodum & ouis prius quam grex, qui ex multitudine ouium fit.

C Conſyderandũ eſt igitur de re familiari. Iam aggreditur diſcuſſionem rei. nã præcedẽtia locũ procœmij magis tenuere ad docilitate n quandã auditorũ pertinentia,& qd ſit eius opus. Finis in re fami. ſunt diuitiæ, vt Ariſtot.ipſe in principio Ethicorum oſtendit. opus aũt eius eſt recta familiæ gubernatio.

CAP. 2. Domus quidẽ partes ſunt hõ & poſſeſſio. Hæc eſt definitio domus, quã recte p̃mittit: vt & quid ſit id, de quo tractaturus ẽ intelligamus: & materiã paret ſibi ad doctrinam tradẽdem. Simile quiddã eſt apud Ciceronem in Libro de officijs. inquit.n. Omnis qnę de aliqua re habetur inſtitutio, à definitione incipere debet, vt intelligat quid ſit illud,de quo diſputandũ: deinde definitionẽ ſubijcit in hunc modum. Ois de officio duplex eſt qõ. Vnum genus eſt quod pertinet ad finẽ bonorum. Alterum quod eſt poſitũ in præceptis, q bus in oẽs partes vſus vitæ confirmari poteſt. Ita hic Ariſto.diuidendo definit Nam definire nihil aliud eſt, quam determinare: determinant aũt rẽ, qui totã in ſuas diuidunt partes. vnde ſpecies definitionis eſt partiũ conſignatio. domus ergo partes ſunt hõ & poſſeſſio. Idẽ aũt hic ſignificat domꝰ, qđ familia: vnde rei familia nomẽ tractum eſt. Conſueuerunt.n. Latini p hoc nomẽ res cũ qualitate aliqua iunctũ diſciplinas ferẽ ſignificare. Vt res militaris, reſpub. res fami. res ruſtica, res domeſtica: qđ idẽ ſignificat,quod res fami.qm̃ domus & familia idem ſunt: vnde paterfamiliæ dictus eſt, qui domum gubernat & regit. Significare autẽ familiæ nomen non homines ſolũ, F verumẽt res, quæ noſtro acquiruntur dominio,iura teſtantur ciuilia: vbi tota patrimonia I iudiciũ familię herciſcundæ venire cõſtat. dicit ergo domus, id eſt familiæ partes ſunt homo & poſſeſſio. quaſi dicat hæc duo complectitur domus: homines ſcilicet & poſſeſſiones. & de homine quid ſit nemo dubitat.

Poſſeſſio autẽ quid in hoc loco ſignificet,declaratione indiget. Videtur autem hoc nomẽ poſſeſſio ẽt duo ſignificare. nam & res omnes quas poſſidemus,puta fundos, pecus, naues, & cætera hmõi,quę noſtri

Stri dominij sunt: hæc. n. habentes possidere dicimur. significat ét non illa quæ iam possidemus, sed quę ac quirimus. & in hac secunda significatione possessio idé significat qd quæstus. Idéq; videtur magis proprium in hoc loco. nam & verbum Græcum κτᾶσθαι, quod est hic positũ, vtrunq; significat. sed hoc magis q̃ primum. Vt etiam Xenophon in Oeconomico suo ostendit, & Aristot. in Ethicis inquit. Liberaliores vidétur, qui non quæsiuerunt ipsi, sed ab alijs acceperũt, & huius rationé assignat: sed quod ibi dicit quæsiue

H runt eodem verbo vtr, ſ. κτησάμενοι, à quo κτῆσις est. Significat ergo nõ res possessas solum, sed ét quæstũ. & circa primum diligentia patrisfamilias est in conseruando, circa secundum diligentia est in acquirendo. quo in genere agriculturá paulopoſt præferet: omnibus alijs quæstibus anteponens illam. nec tñ isthę duę significationes multum distãt, si recte perpendantur. Qm̃ vero primũ in minimis cuiusq; natura inspicitur, sic etiam in libris de repu.

I facit Plato, vt à minimis inchoet ciuitatem si igitur in minimis cuiusque natura inspicitur, in domo certe sic se hab:bit, ſ. & vt eius naturam

I minimis & primis (vt ita dixerim) elementis inspici, ac discerni possit. Vnde statim illa minima subijcit ex Hesiodi sñia. Quare fm Hesiodũ. Hesiod⁹ poeta fuit Homero (vt tradit) aliquãto posterior. hic in eo libro, cuius titul⁹ est Opa & dies, quę ad Persem fratrem scripsit, docens quæ facere quæue habere patrẽ familias oportet, hũc versum posuit, quasi elementa domus continentẽ: quem nunc Arist. ad propositũ suũ inducit. Domiciliũ in primis, mu- k lieremq; , & bouem aratorem. Sig- »
nificat. n. dum dicit mulierẽ, dein « de possessionẽ, id est quæstum cum de agricultura dicit, ad quã bos arator est vtilis. hęc sunt veluti prima elementa familię. & reddit rõnem, quia alterũ est primum in liberis, ſ. mulier: alterũ in victu, ſ. opus rusticum, quod in arando cõsistit. De domicilio aũt tã̄ de re nota omittit, sed postea in fine quale esse debeat, tradet. Vel ea quæ sequuntur distributiue ponit: quasi dicat domicilium in primis, id est mulierẽ, & bouem aratorem: vt hæc sint partes illi⁹, qd supra dixit domicilium, L vel domũ. Nã vt diximus hæc hominem & possessionẽ significat. in quæ duo tota domus diuiditur. Itaque opꝫ ea q̃ ad vxorẽ spectant, recte disposuisse. Post assignatas duas partes, ſ. hominẽ & possessionẽ, incipit iã ab homine aliud dicere, vt postea veniat ad quęstum. Dicit ergo, cùm mulier sit primum in liberis, & quasi quoddam elementũ familiæ, necessarium est ea, quæ ad vxorem pertinẽt recte disposuisse, hoc est prouidisse, vt talis sit, qualis esse debet. Et quod dicit prouidisse, id M est, ante ola illud prouidisse oportuit, vt vxor sit recte disposita, & talis qualis esse debet. Sciendum tñ est, qd hic df de vxore, violẽter tractum esse ab Hesiodo. nõ. n. Hesiodus de vxore intellexit, sed de ancilla. Nã cũ dixisset mulierẽ, ita subijcit in sequenti versu, non coniugio acceptã, sed pretio partam: q̃ & si opus fuerit boues sequatur. patet ergo de ancilla eũ sentire. Sed Arist. ſanius & melius interpretat. nã ancilla nõ ẽ primũ in liberis, sed vxor.

Posteaq-

A Poſſeſſionis aũt prima cura eſt. Perinde eſt dicere poſſeſſionis prima cura eſt, ac ſi diceret in acquirẽdo præcipua, & maxime laudabilis cura eſt. quaſi dicat, in nulla re tam laudabiliter acquirimus, q̃ in opere ruſtico, id eſt agricultura probauit. n. Heſiodi dictũ I vxore & opere ruſtico, qm̃ alterum primũ eſt in liberis, alterum in victu. & de vxore quędã dixit: nunc vero de opere ruſtico reſumit, laudans illud, & p̃ferens alijs queſtibus. Rõnes, quare agricultură cæteris queſtibus anteponit, multæ ſunt, ſed præcipue ga

B eſt ſm naturã, & quia iuſta, & quia valis ad fortitudinem. Ceu metallorum. Vt auri & argenti fodiẽdi: & quod de chalybe ſcripſit Vir.

» Inſula inexhauſtis chalybum generoſa metallis.

Et ſi qua alia hmõi. Vt lapidicinæ & ſylua cædua. ſed hæc non ita humaniter fiunt, vt agricultura: cùm in metallis fodiẽdis terræ veluti parenti afferantur manus eius viſcera fodiendo. In agricultura vero fodiatur benigne. Itaq; noſtræ quoddã humanitatis inſtitutum eſſe à maioribus ſcribit Plinius ſecundus: ne

C in Italia metalla foderentur, quam obrẽ ſubdit. Sed agricultura præcipue, qm̃ iuſta. id eſt, non iniuriоſa, nõ violenta, ſed mitis & pia: qm̃ nõ inhumaniter, neq; ab inuitis extorquet. Natura. n. omnis educatio eſt à matre, quare & hominibus à terra. Hic terra dr̃ parẽs, quia nos educat. Prodeſt ẽt hoc plurimũ ad fortitudinem. Fortitudo eſt virtus animi. vires aũtẽ & robur ſunt corporis. ad vtrunq; prodeſt agricultura. ná & corpora facit robuſta per tolerantiã laborũ, & animũ firmat eõ-

tra pericula per exercitationẽ tuẽdi D
res ſuas, q̃ vt plurimum ſunt extra
munitiones, & periculis ſubiacent.
Nõ. n quemadmodũ viles artium.
De opificinis dicit, vt conſtrina, &
ſutrina, & ſigillaria, & argentaria, et
alijs hmõi, in quibus ſedulitas eſt
muliebris, & nullꝰ virilis labor. Sub
diuo conſiſtere: id eſt, ſub aperto
cœlo ad æſtum & frigus ſine cameris & feneſtris pannatis: quę omnia
intelligẽda ſunt, non de his ſolum,
qui manibus ſuis opus ruſticũ faciunt: ſed de his quoq; , qui curant
faciẽdũ: ceu dis p̃dijs int̃etus, quod
Oeconomico proſequit Xenophõ. E

Sed eius diligentię, quę eſt circa CAP. 3.
homines. Qm̃ de cura & diligẽtia,
quæ eſt circa queſtũ dicit, in quo p̃
poſuit agriculturam: nunc de ea,
quæ eſt circa hoſtes adhibenda dicit, in qua præfert maxime vxorẽ.
& rationes duas aſſignat: ſed videbatur ſupra dixiſſe de vxore. Reſpõ
deo ita in genere. dixit. n. prouidẽdum vt ſit talis qualis eẽ debet. ſed
hoc parum erat. itaq; nunc magis
trite & particulariter diſcutit.

Præmiſſum eſt. n. à nobis, & aliis F
locis deſyderare naturã multa efficere talia. Ratio, quare mari & fœminæ ſit cõmunio maxima ſm naturã, præmiſſum eſt inquit, id eſt
præſuppoſitum alibi, vbi de generatione tractauit, naturã deſyderare
multa efficere talia, vt hõ holes, leo
leones, equus equos. Natura. n. deſyderat omne animal ſibi ſimile p̃ducere. Hoc autem non põt mas ſine
fœmina, aut fœmina ſine mare deſyderiũ adimplere, ſed ambo ſimul
concurrant neceſſe eſt. itaq; eorũ
ſocietas eſt ſecundum naturam: &
quidem ex neceſſitate conſtituta.

G Enimuero in ceteris animalibus absq; rõne id fit. Desyderiũ ꝓcreãdi cõe quidẽ est oĩbus aĩalibus, sed distinguit̃ in ipsis, prout alia magis, alia minus ab immanitate remota sunt, capaciaq; prudentiæ. Nã alia quidem indistincte cœunt sine aliquo respectu, sed qñ naturali motuent̃ desyderio. Alia vero se cõiungunt, non tm̃ procreandi gĩa, verũetiã vt ope mutua se coadiuuẽt: qđ in cicuribus et prudentioribus bestijs videmus. dicunt̃.n. cicures illæ bestiæ, q̃ remotæ sunt à beluina feritate. prudentiores aũt vocat, quę
H cunq; prouidentiã habent circa victum, vt formicas, apes, &c. quę futuri memores cibũ colligunt, & conseruant. In his igitur mutua q̃dam auxilia coniunctionis apparẽt, nec tm̃ conuenire in societatem vt procreent, sed mutua sese ope tueant̃. Sed in homine maxime omniũ id conspicitur. patet.n. in hominibus cõiunctionẽ fieri inter marẽ & fœminã, non solũ vt sint, hoc est non solũ vt procreent ac perpetuent genus suum: verumẽt vt bene sint. principiũ ergo cõiunctionis in hominibus est à natura: forma vero
I est à lege & ratione, qđ matrimoniũ appellamus. Tributum ferant. Translatio est ab eo, qđ quis superioribus soluere astringit̃. vt.n. tributum penditur regi ex indictiõe: sic à natura nobis indictum est, vt alios procreemus. Valentes.n ipsi, s. vir, & vxor. Imbecillos, id est inuali dos paruos filios. Mox imbecilli ob senium fact̃, s. vir & vxor: à valẽtibus s. filijs. Eadẽ reportant, s. alimoniã & tuitionẽ. Hinc est ꝙ filio patrem abdicare non licet, quia iure naturę obligatus est. Et simul natura p hunc circuitũ. Quod dicit & simul, K duo implicat: qđ & gĩa cõmodi facit qui ꝓcreat, & gĩa perpetuitatis, & hoc in hoĩbus. Qđ autẽ inqt per hũc circuitum, c̃ de parente in filio, & de filia in parentẽ. Adimplet sem piternitatẽ, id est adimplet desyderiũ suum, videlicet vt homines sem per sint sm̃ speciẽ, ex quo secundũ numerũ esse non possunt. Tendũt. n. eorũ oĩa in idem vtilitatis'. Sic.n. ordinati sunt diuinitus vir, & vxor ad societatẽ, vt oĩa eorum tendant in idẽ vtilitatis: licet contraria q̃dã videant̃. Quomodo aũt contraria & qño in idẽ tendentia, explicat, L inquiens alterũ quidem robustissimũ, & cætera quæ sequuntur. Dic ergo alterũ, s. virum, alterum, s. vxorẽ, & vtitur neutro genere, qđ non est inconueniens, cum hõ sit aĩal. Quod vero dicit, fecit, dic, s. natura, vel diuina prouidentia. Itẽ qđ dicit ob timorem cautius, s. ad custodiam rerũ suarum. Alterũ ad sedulitatem deterius. Vir.n. ad quietem intra limen agenda ineptus est. Generatio propria est, id est præcipua mulieris, & expone generatio, id est effectio siue partus. Vtilitas aũt cõe quantũ ad filiũ Non.n. hic loquit̃ M de vtilitate parẽtũ, sed de ea, quam parentes conferunt in filium. Itaq; subdit alterius nutrire est, alterius erudire. educatio.n. est à matre, vt supra dixit: eruditio vero à patre. & sic vtilitas cõis est amborum.

Primum igitur leges sint viro ad vxorẽ, vt iniuria cessẽt. Cũ sit ope mutua inter virũ & vxorẽ ad bene viuendũ contracta societas: primũ hoc præcipiendũ est vt sint leges viro ad vxorem. sed quid est qđ dicit sint leges viro ad vxorẽ, an forte ad

alios

A alios nõ ſunt leges? Rñdeo. Vt eſt paterfamilias, domus ſuæ (vt ita dixerim) rex. hic pro arbitrio familiam gubernat, caſtigat, punit, poteſtatemq; habet in ſeruos, & filios, & res poſſeſſas, nec vlla lege vetuſta ꝓhibeꝫ, quo minus hanc poteſtatẽ in ſeruos & filios exerceat. Non putet ergo vir, inquit Ariſt. eodẽ mõ habere imperiũ i vxorẽ, ſed ſint leges ꝗdã viro ad vxorẽ, quas ſeruare debeat: & quas ſi tranſgrediꝫ, iniuriã facit, nec in arbitrio ſuo poſitũ exiſtimet, vt totũ ſibi liceat, ſe cognoſcat ſe lege teneri, & iniuria ceſſet.

B Nam ius eſt ſm leges: iniuria contra leges. Sic.n. nec ipſe iniuriã patiẽt, ab vxore videlicet, quæ pp iniurias viri, aut infida ſit, aut adultera, nonnunquã ét venefica. & expone exempla in Clitęmneſtra, & Penelope: quarũ altera pp iniurias viri adultera & cædis conſcia fuit: altera pp fidem coniungis caſtitatem ſeruauit. Hoc.n. cõis lex. Pythagorici cenſebant, ſancte quidẽ & bene, qui communi quodã humanitatis iure abſtinendũ eſſe ab iniuria etiã erga ſeruos. nam & ſi ſeruus, hõ tñ eſt, qui cùm in tuã domũ peruenit,

C quaſi ad larẽ familiarem confugiſſe vꝺ, ne iniuriã patiatur. fuit nanque religio antiqua, vt quicunq; ad larẽ alicuius cõfugiſſet, ét ſi is inimiciſſimus eſſet, violare eũ nõ liceret. qd Themiſtoclẽ feciſſe ſcribunt: cũ Athenis pulſus domũ inimici, & à ſe quidẽ magnifice offenſi, quẽ vitare nõ poterat introiſſet. fugiens.n. ad larem ſupplex, ét apud infeſtiſſimum inuiolatus permanſit. Eſt autem lar veſtæ ſacrum: & quæuis domus id ſacrum habet. Sedes autem eius ſacri eſt, vbi principaliter ignis ſit. Pythagorici ergo dicebant opor D tere nos exiſtimare ſeruos noſtros eẽ ab lare, id eſt ab illo loco, ad quẽ confugiens violare nõ eſt fas: qñ ipſi ſerui cũ in domũ tuã venerint, ad larẽ familiarem tuũ confugiſſe videntꝫ. Si ergo ſeruis id humanitatis tribuitur, multo magis id tribuẽ dũ eſt vxori. Et iniuria ceſſe, & cõi lege, & ratiõe domeſtici ſacri. eſt.n. cõis lex, vt confugiẽtibus ad larem iniuriari fas non ſit. mulier aũt eſt ex his, qui in domũ tuã veniunt, & ad larem cõfugiſſe videntur. Nõ ſolum ergo priuata lege, ꝙ eſt viro ad vxorem, verumetiã cõi lege, ꝙ ẽ ad E oẽs confugientes ad larẽ, abſtinendũ eſt ab iniuria vxoris. & hoc ẽ qd inquit, ét cõis lex inducit, vt Pythagorici tradunt. Eſt autem viri iniuria. Inter cæteras leges, quæ ſunt viro ad vxorẽ, illa quoq; numeratur, vt ſua cõtentus eſſe debeat, neq; cũ alijs coeat. quã ſi tranſgreditur vir, iniuriã facit. Itaq; dicit: iniuria viri eſt externarum mulierum coitus. Sunt.n. externæ oẽs ꝓter vxorem. illa.n eſt ſua & domeſtica, alię externæ & alienæ. In vſu vero, vt neq; deſit. Hoc præceptum cõmune eſt viro & vxori: & ſententia eſt F hæc. Dictũ eſt ſupra proxime virũ vxore ſua contentũ eſſe debere, & illã viro. Vnde naſcitur dubitatio, qũo facient iſti in abſentia, ſi non pñt cum alio coire. Reſpõdet ita aſſueſcendum eſt, vt neque quando ſunt præſentes, deſit eis coitus: neque quando ſunt abſentes, impotentes ſint acquieſcere & abſtinere. ſic ergo eſt aſſueſcendum, vt ſufficienter ſe habeant in præſentia, & abſentia. Recte vero ſe habet & illud Heſiodi: puellam accipere de-

G bere. Quod in maſculo dicit puer, in fœmina dicit puella. & in vtroque ætatem ſignificat ab ingreſſu pubertatis vſq; ad finem annorũ creſcẽtiũ. hoc eſt qđ inquit Ouid.

» Seu caperis primis, & adhuc creſcentibus annis, (tuos.

» Ante oculos veniet vera puella

Vt gratis moribus eam imbuere poſſis. gratis, ſcribi. Nam grandiorem fœminam ſi duces, nõ facile in tuos mores illam traduxeris: præſertim ſi alium habuerit virũ. erit ergo diſſimilitudo morũ: qua ſtante nec parabi domeſtica fuerit, nec

H amor coniugalis. naꝫ morũ diuerſitates amorem impediunt. Circa ornatũ vero. Aliud ꝓceptũ ſalutare circa ornatũ vxoris: qđ Xenophon in Oeconomico ſuo ꝓſequit latius. Sed quicquid ibi prolixe illa interrogandi reſpondendiq; feſtinitas habet, hic breui præcepto cõprehendit. ſumma.n. totius ꝓcepti eſt, quemadmodum in moribus fictio eſſe non debet, ſic etiam nec in corpore debet eſſe fictio per fucos, & alia quæ ad apparentiã pertinẽt, & non ad veritatẽ. nã talis oſtentatio, inquit, nihil differt ab hiſtrionum vſu, q̃ prodeunt ex aula tanq̃ reges ornati. ſunt autem re uera viles hoſtes, non reges, vt apparebãt. Intelligendũ eſt duplicẽ eſſe fictionẽ: vnam in plus q̃ re uera ſit, & dicitur oſtentatio: alterã in minus, & dicit ironia hic ergo de prima loquitur, quæ eſt oſtentatio. hæc.n. vt in moribus eſſe debet, ſic etiã I corpore. Plane quoq; de hac de ipſa fictione o: natuue in Gorgia loquitur, quem .otũ refert in adulatione & fictione ingenerolãm & fallacem eſſe ꝓ: mutationẽ veri deco

ris. Si appropinquare debẽt ſimul, K ſ. vir & vxor. & dic appropinquare id eſt coire vel cõuenire ſimul. Qđ aũt inquit: Tragœdias in ſcena agẽtiũ: ideo poſuit Tragœdias, & non Comœdias: quia in Tragœdia reges & tyranni fingunt: in Comœdia aũt lenones & paraſiti, qui ſunt viles perſonæ. plus igit intereſt in Tragœdijs inter perſonã veram & fictam, qđ magis facit ad propoſitum ſuum ornamenti mulierum. Nam vt inquit Iuuenalis.

Quare decus rerum ſi coniugit „ auctio fiat.

Baltheus, & criſtæ, & cætera quæ L proſequitur. tandem concludit: „

Exigua pars eſt ipſa puella ſui. „ nec tamen ferebant pœnas, vt nunc „ ferre cœperunt.

Poſſeſſionũ aũt prima quidẽ, ac CAP. I. maxime neceſſaria ẽ illa, q̃ optima. Admirabit quis nõ immerito ordinẽ huius ꝓgreſſus, cũ videat nunc idem omittere, nunc reaſſumere & interponere qđã. vt nunc de vxore, nunc de agricultura, nũc de ſeruis. Sed ola ſunt plana, & optima rõne ab Ariſt. digeſta. Primo.n. dixit domus eſſe partes hoſtem & poſſeſſionẽ: mox inducta Heſiodi ſnta, ſtu M lit vxorem tanq̃ primũ in liberis, & rẽ ruſticã tanq̃ primũ in victu: dixitq; in primis curã nos habere debere, vt vxor ſit qualis eſſe debeat, & rẽ ruſticã aliis quæſtibus eſſe prę ferendã. hoc perfecit vſq; ad eũ locũ, vbi dicit: ſed eius diligentiq. Ibi reſumẽs diuiſionẽ primo factã, incipit tractare de hoſte, aperiens ꝓcepta circa vxorẽ magis trite quã ſupra fecerat, vſq; ad hũc locũ poſſeſſionũ, vbi incipit tractare de ſeruis. Sed q̃ro, vtrum ſerui ſint hoſtis, an

poſſeſ-

A poſſeſſionis. cùm.n. ſint partes domus, in altera iſtarũ ſunt cõputãdi. Dubitationẽ aũt facit, id qd ingt: Poſſeſſionũ aũt prima quidẽ, &c. vbi ſeruũ numerat in poſſeſſionib⁹, poſtea dicit eſſe holem. Ad hoc rñdeo, videri quoddã genus mixtũ. nã & hõ eſt ſeruus: & tñ acquiritur dominio nro. Ariſ. quoq; alio loco inquit: ſeruus eſt animatũ inſtrm: inſtrm vero inanimat⁹ ẽ ſeruus, ergo alterutrũ quoddã eſſe vt: ſed certe hoſ eſt á nobiliori parte. Si igiẽ diligentia noſtra in acquirendo attendiẽ, potiſſima eſt circa agricul-
B turã, i quã ſeruorũ opera maxime vtimur. Si aũt dignitas rei, q̃ acquiriẽ & dominio nro ſubijciẽ, ſcioñſſimus eſt ſeruus, quia hõ ẽ. Quapp oportet prio ſeruos parare ſtudioſos. parare, id eſt acquirere. ſtudioſos, id eſt frugi & diligentes. Seruoꝝ ſi aũt ſpecies duæ, curator, & opi-
ſeruus. fex. Curatorẽ vocat ſeruũ, qui negotijs præficitur, & curã eorũ habere iubetur. Opificẽ vero, q̃ ſuis manibus opus faciat, vt fodere, arare, ſerere, & alia opera. nam maxime de opere ruſtico ſentire vſ. Diſciplinæ tales aliquos faciunt iuuenes: vt
C muſica muſicos, moralis moratos. Neceſſe eſt poſtq̃ parueris, i. acq ſieris: ſeruos imbuere, i. docere: & erudite illos quibus liberalia negotia fuerint committẽda. Cũ ſeruis aũt ita verſetur, ſ. dominus. neque n. pati debet eos ſuperbire: neq; rurſus ita deprimere, vt viliſſimi efficiantur. Et liberalioribus quidem honorẽ. i. curatoribus: quibus negotia liberalia committuntur, qui proprié dicunt vicarij: qñ vices domini in curãdo, ſollicitãdoq; exercent. Iſtis ergo honorẽ tribuere debet, illis vero qui opus ſuis manibus faciunt, non tã honor, q̃ cibus D
tribuendus eſt. vt & Caro inquit: Familiam bene paſcere. Et qñ vinũ potus. Ponit vtilitatẽ, q̃ eſt in abſtinendo, & poſſibilitatẽ præcepti. non eſt.n. pucandũ nimis durũ præceptum, vt vinum interdicatur ſeruis, cũ apud multas nationes ingenui quoq; abſtineant. vt de Perſis ſcribit Xenophon in libris de Cyri infantia: cardamũ & aquã ad pœnam adiungere. Ariſtoteles tñ Carthaginẽſiũ vtitur exemplo, quibus militiæ abſtinere vino mos fuit. Vi-
de igitur aurea verba de vini potu, E
& á nobis quoq; obſeruanda: vtũ miniſtri germani, q̃ nobis ſeruiũt, ab hac Ariſt. ſnſa longe aberrauerunt. Quod aũt dicit, aut nihil, aut valde raro, expone, aut nunquam, aut raro: vt ſic ad tẽpus totum referatur. Tria vero cum ſint. Tria maxime attenduntur in cura ſeruorũ, opus, caſtigatio, & cibus. opus ad commoditatẽ domini pertinet: cibus ad victum ſerui: caſtigatio ad correptionẽ. Cùm ergo ſint tria, cibus ſine caſtigatione & opere pe-
rulantẽ facit. de quo Terentius. Vi-
den ocium, & cibus quid facit alie- F
nus. caſtigatio rurſus & opus ſine cibo eſt res violenta, & infirmũ facit ſeruum, i. eneruat, & robur auſert. nam firmum eſt robuſtum: infirmũ ſine robore. hæc ſi ita ſunt, inquit, reſtat vt opus illi tribuat, & cibum ſufficientem: qñquidem nec opus fieri poteſt ſine cibo deficientibus viribus, nec rurſus ſine opere cibus prodeſt, cũ petulãtiã gignat. Caſtigatio quoq; inter hæc ſortitur locũ. Nam ſine cibi exhibitione caſtigari nõ debet ſeruus, & ſine ope-

re attributo se castigare non pati-
tur, cum petulans fiat p cibū & ocū,
nec iam domi imperiū ferre velit.
Verū, vt ait dixi supra, liberalioribus seruis p̄standū esse honorē, puta vestem, et laudē aliquam verborū, & cubiculum non olno vile. His vero seruis, qui in opere faciendo laborant, cibū esse p̄standū sufficiēs tem. Nunc de vtroq; genere seruorum simul transigit, dicens melioribus eē plus tribuendū, & deterioribus minus. Nam si præmia tollant, virtutū & vitiorum deteriores efficiant. qđ & in alijs contingit. Indulgere illis & permittere. quasi dicat oportet relaxare aliquid de seueritate disciplina. nā indulgere est ignoscere & cōcedere aliqđ, qđ iure negari queat. Genera vero seruorū. Duo genera seruorū probat ad opꝰ faciendū apta, videlicet non minus fortes neq; timidos. & rōnē vtriusque reddit. quia timidi pp imbecillitatem naturæ nequeunt laborem p̄ferre: & nimis fortibus non commode imperat'. qđ igitur dicit fortia nimis, excessum significat in fortitudine, qui est ferox. ideo subijcit postea, ferocibus: qđ idem significat q̄ nimis fortibus nō commode imperat': sunt. n. cōceptores, qa audaces, vt inq t in Ethicis de magnanimo. Contemptos est, qm̄ audax, audax vero ideo contemptor. cōtemptor aūt, & cōtumax idē est. nā vterq; dicitur à conténendo, id est, sperando superioris imperiū. hoc est qđ ait: nō cōmode imperat'. Oportet quoq; finē. Aliud p̄ceptū continēs vtilitatē & equitatē. Nā & equū ē remunerare bn agentē, & vtile p̄mio, ppositō ad beneficiū allicere. Si & propositū p̄miū: Libertus, et tēpus definitū. puta, si decennio mihi fideliter seruieris, vt Andria est. Feci ex seruo ut esses liber, propter qđ mihi seruieras liberaliter: quod habui summū pretium persolui tibi. Sunt & procreatus filius. Aliud p̄ceptū in seruis, quo ad fidē stabilitatemq; disponuntur. Serui aūt nonnunq̄ fugam arripere solēt. vnde & iura plena sunt seruorū fugitiuorum. superiora igitur præcepta, tum ad alia multa, tū ad hoc vtilia sunt, vcs, si bene pascas, si præmiū constituas. Est & aliud præceptum vtile ad prohibendū fugā, id est, si filios habere patiaris. Illis. n. si L lijs pinde obligatos habebis seruos, quasi obsidibus quibusdā. Solēt n. dñi, si plures habeāt seruos, pati, vt cōtubernia fiant maritū & fœminarū. qđ. n. in liberis matrimoniū vocamus, in seruos contubernium dicimus. Inqt ergo Arist. serui sunt obligandi interdū, id est, ligandi p filios. Si. n. filios ex illis natos apud te habueris, nō fugient: quia filij erūt tanq̄ obsides. Nec plures habendi sunt eiusdē generis. non. n. expedit habēdi plures eiusdē generis, vt Charas, vel Dalmatas, vel Theutones. ga sectas faciunt in familia, & diuisionē inducunt, & sua lingua colloquunt' alijs nō intelligētibus, & malorū inter se conscij cōiurant. Sacra quoq; & largiores epulas Sacra faciebant Gentiles per mactationem ouium vel iuuencorū, & simul postea vescebant'. hoc ex poetis intelligi potest, qui rerum vetustarum fidi relatores sunt. vt apud Terentium, q inuitat vicinū, inquit Dionysia sunt hodie apud me, id ē, baccho sacra facio. & Virgilius in aduētu Æneę, Euandrū fingit sacra fa-

cien-

A cientẽ Herculi,& ſacris dapibus Æneã accipit. Largiores quoq; epulæ præter ſacra fiunt, vt cõuiuia,& exhilarationes cũ aliqua profuſiori copia ciborũ. Hęc igit inquit Ariſto. facienda ſunt non tã gratia liberorum, q̃ ſeruorum. Nam licet principiſi videatur vel ob honorẽ Deorũ vel hoſpitum: tñ finis eſt ad cõmodũ ſeruorum, qui plura habent ex illa copia ciborum q̃ habeant liberi. parũ eſt. n. quod menſis conſumitur, multũ quod remanet ſeruis. itaq; illorum gra conſtituũ magis vt, vt hæc talia cum largitate fiant.

B Quatuor habere patrem familias
CAP. 6. oportet circa pecunias. Dictum eſt, quo circa hoſtem in vrore & ſeruis patrisfamilias diligentia verſari debet: nunc vero quo circa poſſeſſionẽ, id eſt, qualis in acquirẽdo & cõſeruando erogandoq; eſſe debet. adiungit. Dicit ergo, quatuor hãe patrẽfamilias circa pecunias oportet. Primũ, vt ſit q̃ſitor. Secũdũ, vt q̃ſitorũ conſeruator. Tertiũ, vt ornari per illa ſciat. Quartũ, vt fruat. Qđ aũt dicit circa pecunias, appellatiõe pecuniarũ oĩa veniunt, q̃ æſtimant nũmo, vt ipſe ingt in Quarto Ethi
C corum. Sed qđ primo loco dicit, vt ſit quæſitor, neceſſariũ eſt nã quanti eſt, niſi hoc agatur. Debet igit eẽ quæſtuoſus paterfamilias, id ẽ prõpte, ac ſolerter queſtũ facere. quo in genere prætulit agriculturã oĩbus alijs queſtibus, qm iuſta eſt, & non ab inuitis extorquet, ac eius exercitatio prodeſt ad virtutẽ. Eodẽ modo accipiendum eſt de alijs quæſtibus, qui cum honeſtate & ſine iniuria fieri poſſunt. nam amplificatio patrimonij nemini nocens ſemper laudanda eſt. Hæc igitur ante omnia habere debet paterfamilias, D vt acquiratur in fructibus prædiorum, & alijs rebus. Secũdum, vt ſit quæſitorum conſeruator. hoc etiã neceſſariũ eſt. Nã quid pdeſt acq̃rere niſi conſeruetur? Illud ẽt ſciendum non videri quibuſdam minoris diligentiæ ſeruare quam acquirere. De quo prædare Ouidius:

Non minor eſt virtus q̃ quærere parta tueri. »

Caſus ineſt illis, hic erit artis op⁹. »

Nam cribro haurire ſ. qđ faciũt illi qui tales ſunt, vt acquirãt quidẽ ſed nõ conſeruent. Id. n. nihil prodeſt, nec aliud eſt q̃ perforatum illud vas, de quo ſolent poetę loqui, E
cp ſorores illæ ſruſtra implere nitũtur. Eſſe pterea talẽ. Ponit reliqua duo, quæ habere debet paterfamilias, ſ. vt ornari p diuitias, & vt frui ſciat. Ad hęc. n. duo vtiles ſunt diuitiæ, nec vt multi peruerſe faciunt, illarũ ſeruos eſſe decet, ſed eas in noſtrum ſeruitium vertere. Erũt aũt diuitiæ nobis ornamento & honori. id. n. eſt, quod Ariſt. inquit ornari per illas ſciat, ſi ſumptus opportune cum decore faciamus. huius partes ſunt ædes parare diuitijs cõgruẽtes, familiam honeſtã habere, ſupel F
lectilem abundantem, equorum & veſtium decentem apparatum. huius quoq; eſt beneficentia in amicos, & in publicis rebus magnificẽtia, vt ludi circenſes, vt munus gladiatorum, vt epulum publicum, q̃ tamen oĩa facienda ſunt pro qualitate diuitiarum, & decentia hominis. Fruemur aũt diuitijs, ſi ea quę pertinent ad victum, & ad cõmoditatem noſtram inde ſuſceperimus. Nõ. n. ita perceptũ eſt rebus quæſitis, vt in abundãtia egeamus. puta q̃

G vinum bibit acerbū, vt maturū venundet: ac ædibus inhabitat ſordidis, vt ſplendidas locet, & cætera q̄ ſunt hmōi. Ex quatuor ergo, quæ patrē familias habere oportet, duo ad rei familiaris amplificationē pti neut, q̄rere ſcilicet, & ſeruare: duo rurſus ad vſum, ſ. vt in ornatum noſtrū diuitias conuertamus, & vt illis fruamur. Sed vt cōtraria, & ſeipſe pugnantia præcipere. ſi quidem quærere & erogare, item ſeruare & frui contraria ſunt. Reſpondeo q̄ſtum facere oportet, & ſeruare quę-
H ſita, vt habeas quid eroges decēter, & decenter fruaris. qui. n. non quęrit neq; conſeruat, erogare non poteſt Itaq; in his conſiſtunt liberalitatis, & extremorū ei⁹ fundamēta.

Pater familias.

Diſtinguenda quidē ſunt ſingula. D. quatuor habere oportet patrē familias, quorū primum fuit, vt ſit quæſitor. ad hoc igitur ſunt iſta p̄cepta, vt non trāſeat res in confuſione, ſed diſtinguat ſingula, & ſpiciat diligenter prouidentia adhibita, vt ſemp plura habeat fructuoſa q̄ infructuoſa. nā ſi octo millia habeat I bonis, non debet habere ædes quinque milliū, neq; prędia ſuburbana,
I q̄ maximi præcij & exigui ſunt fructus, nec veſtē magnā patrimonij partē occupantē. ſed negocia, ſ. ruſtica, vel negocia, vt mercaturā, & ſocietates Iſta ſunt diuidenda, ne oſa vni periculo ſubiaceāt: vt ſi mercator in eadē naui totum patrimoniū imponat. hæc ſunt q̄ dicunt de quæſtu faciendo in genere. In ſpecie tñ laudauit agriculturā: cuius & particularia p̄cepta in libris de re Ruſtica leguntē, nec hui⁹ ſunt diſciplinę, ſed rei ruſticę. Circa tuēdū aūt q̄ſita. Hæc ſunt p̄cepta circa ſm partē, hoc eſt circa tuitionē q̄ſi- k
torū, ad quos vtiles eē dicit Perſicas, & Lacōnicas adminiſtrationes, vtilē ēt Atticam. Sunt aūt hi adminiſtrādi quidam modi certis in locis conſueti, quos refert ad imitationē faciendam. Nos vero de ſingulis dicam⁹, ſed primū de Attica. Pericles Athenięſis vir & in rebus bellicis, & in cura reipublicæ olim ætatis ſuæ excellentiſſimus, in re quoq; familiari ſolers, ac frugi fuiſſe perhibet. Is in eius domo hoc obſeruaſſe traditur, vt quot annis fructus prędiorū ſuorū integre venundaret: ipſe vero q̄cunq; neceſſaria ad victū familię erāt ſeorſū emeret ita & red- L
ditū p̄diorū extabat rō ex illis redacta pecunia, & ſumptuū domeſticorū magnitudo nō latebat: q̄ maxime ad diligētiā & frugalitatē pti nere videbant. nec ſolū Pericles, ſ. & cęteri Athenięſes hoc factitarūt. Hic itaq; eſt atticus adminiſtrandi modus, quē dicit Ariſt. eſſe vtilē ad cōſeruationē. Et hoc eſt, q̄d inquit, vēdētes emunt. dic ergo vēdētes fructus collectos ex p̄diis emunt, ſ. ea q̄ pertinent ad victū familię. Si. n. vendas fructus, nullus p annū illos tibi ſurripit. nullus fraudat, null⁹ furat. M
Nec tā facile abſumit̄ q̄d emptū ē, quā q̄d puenit ex p̄diis noſtris Et penoris inſtitutio nō eſt in exilioribus adminiſtratiōibus. Quod dixit in exiliorib⁹ adminiſtratiōibus nō eſſe inſtitutionē penoris, idē eſt q̄d in magnis. nā Attici nec in magnis, nec in exiliorbus penus habere cōſueuerūt. Sed hoc, q̄d de exilioribus & maiorib⁹ dicit ad diſtinctionē Ariſt. refert: quā poſtea faciet. Eſt aūt penus, vinū, & triticū, & cętera oſa, quæ ad victum pertinent,

vt

A vt caseus, vt perna, vt oleū. cū enim venderent hæc oīa, non instituebāt pensū, sed dietim emebant. Est aūt persica. Quid sit mod Atticus diximus nunc quid sit P ficus aperit. Est enī Persicus administrandi modus, vt dñs ipse omnia videat, oīaq; inspiciat, quod paulo post per exempla ostendit. Ipsum omnia videre, scilicet dominū. Et quod de Dionysio inquit Dion. Dion Syracusan⁹ Platonis auditor fuit. hic de Dionysio similia ferè dicit. nullū enim parem diligētiā habere alienorum & suorū. Itaq; quotcunq;. Ex quo
B nullus parem diligentiā præstat rebus alienis & suis, sed multomagis suis: debet ergo paterfamilias quotcunq; per ipsum geri possunt, circa illa cū diligentia intendere. In quo Persicū simul, & Libycū. Vide frugi dictū de oculo dñi & de vestigio. Persa enim. Persa nomen est à prouincia, veluti siquis dicat Italus, vel Gallus nā Persia regio est, vt Italia, & Gallia. eodē modo Libycus, & Italicus Inspicieda sunt igit. cōcludit fm præmissa. Si enim oculus dñi multū valet in rebus, multū & vestigium, & pes eius, si accedat ad rem.
C Sed hęc ita sunt inspicieda. Sūt igit negocia diligēter à viro inspicieda. inspicienda et ab vxore, prout inter eos distinctæ sunt curę. nā alia sunt q̄ vir curare debet, aliæ quæ vxor.

Mulier enim pānos, suppellectilē, & alia quæ intra limen sunt curare debet. Vir aūt circa agriculturā, & alia, q̄ virilia sunt officia, cūm frugalitate intēdat. Et hoc faciendū est. Vir debet inspicere negocia diligenter, pīertim in magnis administrationib⁹, quarū cura alteri cōmittit. nā in exilioribus non tanta diligētia inspectionis flagitat. Et hoc est qđ D
ait, in grādioribꝰ sæpe, in exilioribꝰ raro. Nisi enim quis Ratio, quare sæpe inspiciendū est à dño in grandioribus administrationibus, quia illorū cura alij cōmittitur. itaq; nisi dñs bonum exemplum de se, id est de propria diligentia præbuerit, nō habebit imitatores. Habiturū nō existimant, ſſapientes homines, vel ipsi qui curant. Quasi impossibile sit non diligentis homini diligētes esse vicarios. Vicarij sunt, qui vices alicuius gerūt. cūm ergo curatores gerant vices dñi, impossibile est nisi
ipse sit diligens, habere diligētes vi- E
carios Cūm vero hæc & ad virtutem. Hęc est cohortatio & pręceptū ad diligentiā. debet, inquit, primo dñs surgere, q̄ seruus, & cubitū ire posterius: cūm hæc ad vtilitatē honestam, & ad rem familiarem vtilia sint. nec vnquā dimittere domū incustoditā. & ante lucē surgere: quod prodest ad salubritatē & ad rem familiarem, & ad studia philosophiæ.

In paruis igit administrationibus Attica regula. Retulit supra duos administrādi modos, Atticū, & Persicū: & de persico hucusq; trāsegit, hoc ē, vt domū inspiciat, & vigilet, F
ac oīa cū diligentia discutiat. Postquā hoc dixit, reuertit ad Atticū & illū distinguit, probans eum in exilioribus admimstrationib⁹: sed in magnis putat nō venditionem fructuum esse faciendū: sed sequestrationē eorū quæ in annū, & eorum quæ in menses singulos consumere oportet. quæ enim in pīentia confu
menda sunt, ponunt ad manꝰ, quæ nō in præsenti ad tempus deponuntur. sic idem ferè exit effectus, vt in Attica, & penoris Institutio cessabit.

Eodēq;

G Eodemq; modo & in inſtrumẽtis. Inſtrumẽta ſunt, quibus fundus inſtruit: vt ligones, ſarculi, falces, dolabræ, ſecuris. hic ẽt ſequeſtranda eſſe dicit. vt ſupra de fructibus. & quæ quotidiano in vſu verſant, ad manus ponẽda illorũ, quib⁹ opus cõmiſeris: q̃ vero ad tẽps expediunt, ſeponenda ſunt. Horũ quoq;, ſ. inſtrumentorũ: vel horũ quoq;, ſ. quorũ rarus eſt vſus, & ad tẽps ſeponuntur.

Ædes quoq;. Nunc de ædib⁹ dicit: quarũ Heſiodus quoq; mẽtionem fecerat. Dicit ergo ad tria nos debere reſpicere in ædib⁹ parãdis: vt ſint H vtiles, vt ſint ſalubres, vt ſint cõmodæ. Vtilitatis reſpectus habebitur, cõſyderata qualitate rerum in illis ponendarũ: vt vtiles ad frumentũ, ad pannos, ad fructus cõſeruandos: ad pſonas quoq;, quæ in illis verſari debent. Cõmoditatis rurſus & ſalubritatis habeẽ reſpect⁹, prouidendo, vt æſtate quidẽ afflabiles vẽto, hyeme vero Solẽ recipiãt. Erunt aũt (inquit) hmõi, ſi auerſo borea fuerint, nec æquaſtr latæ. Auerſo borea nõ ſignificat cõtra boream, ſed frm boream, ideſt ad eas partes verſæ, ad quas boreas perflat. & ſic ad meridiẽ erunt I verſæ. Sic enim Solẽ habebũt hybernum, & vmbrã æſtate, & ventũ, qui plurimũ per tẽpus æſtatis inde perflat. Nec æqualiter latæ. Nã ſi æqualiter latæ, verſæ eſſent ad oẽs partes. ſed ſi erunt oblongæ ædes, & ad meridiem ſpectantes, tunc habebunt ſuprascriptas commoditates Solis, & venti, & vmbræ. nam Sol in æſtate altius incedẽs domos ad meridiem verſas non intrat: hyeme vero longius vadens totus per feneſtras infunditur. ita æſtate vmbrã, hyeme Solẽ habebunt, prẽterea ẽſtate flatũ ventorum, hyeme à ventis quieẽ. K

Videtur quoq; tanitor eſſe ponendus in magnis ædibus pro obſeruatione importãdorũ & exportandorum. debet vere eſſe inutilis ad cætera, ceu claudus vel mãcus. in hoc.n. & minor iactura fit, quia minus laborare poſſet: & erit magis ſedulus pp impotentiam corporis. Ad rectum vero vſum inſtrorum. Quæ ſint inſtra ſupra diximus. Illud Laconicũ valet. Nũc ex Laconico modo vel regula, cuius ſupra mẽtionẽ fecit, dũ inquit: Perſicæ, & Laconicæ, & Atticæ. ſed nihil de eo modo tũc explicuit. Hic ponit ſingula ſuo L loco iacere oportere: quod vtile eſt ad vſum inſtrorum. qm̃ parata nõ requirũtur. ſed hoc Laconicum nõ ad hoc ſolum, ſed ad cætera quoq;, vt ſeparationẽ fructuũ & aliarũ rerum: puta veſtiũ virtiliũ à mulieribus, & cæteris, hmõi dictum valet.

ARISTOTELIS
OECONOMICORVM
LIBER SECVNDVS.

SVMMA LIBRI. M
De officijs & legibus, tum proprijs, tum mutuis viri & mulieris.

Leges probæ mulieris. Cap. 1.

PRobam mulierem omnibus quę ſunt intus, dñari oportet, curãq; habere omnium ſm præſcriptas leges. non permittẽtem quenquã ingredi ſine præcepto viri, veritã maxime verba, q̃ de mulierũ corruptela circũferũt.

et

A & ſiquid intᵒ accidat, vt ſibi no
tum ſit ſoli. & ſi quod malũ ab
ingredientibus cõmittatur, vt
penes virũ ſit culpa. Dominã
vero impenſarũ ad feſtos dies,
quos permiſerit vir. Sumptu,
& veſtitu, & apparatu minori
ẽt vtatur, q̃ leges permiſerint
ciuitatis: conſyderans, q̃ nec ve
ſtimentorũ nitor, nec excellẽtia
formæ, nec auri magnitudo tan
tum valet ad mulieris laudem,
quantũ modeſtia in rebᵒ, ac ſtu
dium honeſte decoreq̃ viuẽdi.
B etenim omnis hmõi ornatᵒ ani
mi optabilis ẽ, multoq̃ firmior
ad ſenectutẽ vſq̃, veras laudes
ſibi natisq̃ afferre. Se igitur ip-
ſam in his virtutibus inanimet
mulier, pergatq̃ laudabiliter re
bus præeſſe. nã viro quidẽ inde
cens videtur ea ſcire, quæ intra
ædes fiunt. In cæteris vero oſbᵒ
parere mulier viro contendat.
Nec audiens quicquã de repu-
blica, nec tractãs quicquã eorũ
quæ ad cõnubia ſpectare viden
tur. ſed cũm tẽpus poſcet, aut fi-
C lias tradere nuptui, aut nurᵒ ac-
cipere, obediat penitᵒ in his vi-
ro: atq̃ ſic vna deliberet, vt ſen-
tentiã viri ſequat: intelligẽs non
ita turpe viro eſſe quicquã eo-
rum quæ domi ſunt facere, ſicut
mulieri q̃ foris q̃quirere. Exi-
ſtimare autẽ debet mulier bene
cõpoſita, mores uiri eẽ legẽ ſuæ
vitæ impoſitã ſibi à Deo, p̃ con
iunctionẽ matrimonij atq̃ con-
ſortij. quos ſi quidẽ æquo ferat
animo, perfacile reget domum;
ſin contrà, difficilius. Quapro- D
pter decet non ſolũ in proſperis
rebus, ſecũdaq̃ fortuna unani-
mem ſe uiro ꝓſtare, & inſeruire
uelle, uerũetiã in aduerſis. Si ſit
in rebᵒ defectᵒ, uel corpis ægro-
tatio, uel alienatio mẽtis, æquo
ferat animo, & obſequat: niſi for
te turpe aliquid ſit, uel indignũ.
Ne ſi q̃d perturbatione animi
uir deliquerit, memoriter ſer-
uet, ſed ægritudini ignorantiq̃
adſcribat. nã quãto in his diligẽ
tius obſequet, tanto ſibi maiorẽ
gratiã habebit, cũm ab ægritu- E
dine fuerit liberatus. & ſi iubẽti
aliquid turpe nõ paruerit, me-
lius recognoſcet ad ſanitatẽ re-
uerſus. quapp̃ ab his cauere de-
bet mulier. In alijs autem multo
magis obtemperare, q̃ ſi empta
ueniſſet in domũ. magno enim
pretio empta fuit, ſocietate uitæ,
& procreatione liberorũ: quib⁹
nec maiᵒ, nec ſanctius quicquã
eſſe põt. Præterea, ſi cũ fortuna-
to uixiſſet uiro, non uſq̃ adeo
uirtᵒ eius illuſtrata eſſet. Nõ eſt
ſanè parũ ſecũdis rebᵒ bene uti: F
attamen aduerſas moderate per
ferre, multo maius eſt exiſtimã-
dũ. nã in magnis calamitatibᵒ
& iniurijs, nihil abiecte facere,
celſi ẽ animi. Præcandũ eſt igit̃,
ne q̃d tale accidat uiro. q̃ ſi q̃d
accidat aduerſi, putare debet
hinc optimã ſibi laudẽ, ſi recte
ſe geſſerit, puenturã: ſecũ ipſa re
petẽs, quia nec Alceſte tantã ſibi
gloriã cõparaſſet, nec Penelope
tot tantaſq̃ meruiſſet laudes,

ſi cum

G si eũ fortunatis viris vixissent: verũ Admeti, & Vlyssis aduersitates parauerũt illis memoriã sempiternam. In aduersitatibus enim virorũ suorũ fidẽ ac iustitiã erga illos seruãtes, gloriã nõ immerito sunt cõsecutæ. nã pro sperimentis quidẽ facile ẽ reperire participes: aduersitatis vero, ni optimæ sint mulieres, participes esse renuũt. Ob q̃ ofa, multo magis decet virũ in honore habere, nec illũ contẽnere, si sacra pudicitia, & opes animo fratis filiq̃
H ſm Herculem non sequantur. Mulier igit huiusmodi sese moribꝰ ac legibus custodire debet.

Leges uiri ad uxorem. Cap. 2.

VIr aũt vicissim, leges sibi reperiat ad vxoris vsum, q̃ tanquã filiorũ vitæq̃ socia in viri domũ peruenit: natos relictura, genitorũ, viri suiq̃ nosa habituros. quibus qd sanctiꝰ eẽ põt, aut circa q̃ magis studeret vir sanq̃ mẽtis, q̃ lex optima laudabilissimaq̃ muliere filios, pcreare, senectutis pastores
I q̃s optimos, ac reuerẽtes, patris matrisq̃ custodes, ac totius domus seruatores? Educati siq̃dẽ recte à parẽtibus p sanctos & iustos mores, boni merito euadẽt. cõtra vero si fiat, sentient detrimentũ. Nisi. n. parẽtes exẽplum vitæ filiis pstent, eusdẽ excusationis cãm erga se illis relinquũt. ac timendũ est, ne cõtẽpti à filiis, quasi nõ bene vixerint, i senectute deserant. Quapp nihil ptermittendũ est, q̃d ad vxoris ptineat disciplinã, vt ex quã K maxime fieri põt, optima filios generet. Nã agricola q̃dẽ nihil omittit, quõ semen i optima terra, ac maxime exculta serat, iperans ita demũ fructꝰ optimos in de se recepturũ. at siqua vis imminet, mori pliãdo magis vult aduersus hostes, q̃ illiꝰ vastationẽ pati. & hmõi mors laudaẽ maxime. Cũ ergo tãta adhibeaẽ cura, pro corpis esca, qd pro liberis, et matre educatrice: nõne, ptinꝰ oẽ studiũ fuerit adhibẽdũ? Hoc
L enim solo, hominũ cõditio mortalis p successionẽ sempiternitatẽ cõsequit: ofaq̃ parentũ vota huc tendũt. quãobrẽ qui ista negligit, & Deos ipsos vẽ negligere. pp Deos igit, quibꝰ pientibꝰ sacra fecit, & vxorem duxit, ac multo magis se post parẽtes, vxori tradidit ad honorẽ. Maximꝰ aũt honor ẽ sobrię mulieri, si certa virũ suũ obseruantẽ sibi castitatẽ, nec de vlla muliere magis cogitantẽ, sed præ ceteris ofibus hãc, & suã, & fidã sibi exisM timantẽ. tanto enim magis studebit mulier, se talẽ pstare, quanto se cognouerit fideẽ, atq̃ iuste à viro diligi. Ergo prudentẽ ignorare nõ decet, q parẽtibꝰ, quãe vxori et filiis honores cõuenãt, vt tribuẽs vnicuiq̃ q̃ sua sunt, iustꝰ & sanctꝰ habeaẽ. pgrauitet enim vnusq̃sq̃ fert honore suo priuari, nec si aliena q̃s pmulta tribuat, cõtentus erit, si sua sibi auferanẽ. Nihil vero magis: uũ est vxori, nec magis illi à viro

præ-

A præſtandũ,q̃ ſancta & intemerata ſocietas. Quapp non decet hoĩem ſanæ mentis, vbicũq; cõtigerit ſemen exponere: ne de vitiosis & iniquis ſimiles liberis legitimis, procreẽt. ex quo & vxor honore ſuo priuat, & filiis iniuria fit ac ſibi pro his oĩbus dedecus incũbit. Appropinquãdũ vero eſt vxori cũ magna temperãtia atq; modeſtia: ſitq; pudor in verbis, in opib⁹ vero fas atq; honeſtas, in conuerſatione fides & moderatio. parua quidẽ peccata etſi volũtaria fuerint, ignoſcendo: ſiqd vero p ignorãtiam B deliquerit, cõmonefaciẽdo. Nec metũ incutiat ſine verecũdia & pudore: hęc enim meretrices ad mechos pati decet. at vero cum verecũdia & pudore iuſta diligere & timere, id ingenuæ ẽ mulieris erga ꝓpriũ virũ. Duplex eſt enim timoris ſpẽs. vna cũ reC uerentia & pudore, qua vtĩtur ad patres filiũ modeſti, & ciues bene morati ad beneuolos gubernatores. altera cũ inimicitia & ǒdio: ſicut ſerui ad dños, & ciues ad tyrannos iniuſtos & iniquos. Ex his quoq; oĩb⁹ meliora eligẽs, vxorẽ ſibi conciliet, ac fidelẽ probamq; efficiat, vt ſiue ꝓſens ſit vir, ſiue abſens, nõ minus vtilis ſit, q̃ ſi ſemp adeſſet, tanquam rerũ communiũ curator. & qñ vir abeſt, vt ſentiat vxor nullũ ſibi, neq; meliorem neq; cõmodiorẽ, neq; magis ſuũ eſſe q̃ virum. oſtendatq; hoc ab ipſo initio, ad commune bonũ ſemper intẽdens, quãuis puella D ſit ac noua in talibus.

Teſtimonia ſapientiorum præceptorum ex Homero. Cap. 3.

ETſi ipſe ſibi maxime domineſ, optimus ſocius vitę rector exiſtet, & vxorẽ talib⁹ vti docebit. Nã neq; amorẽ, neq; timorẽ abſq; verecundia laudauit Homerus, ſed vbiq; amare cœpit cũ modeſtia, & pudore. Eo quidẽ modo Helenã timere Priamum, inquit, ita dicentem:

O metuende mihi ſemper, ſemperq; tremende, E

Chare ſocer. nihil aliud dicẽs, q̃ eã cũ pudore diligere. Rurſus vero Vliſſes ad Nauſicaã inquit: F

Te mulier valde equidẽ admiror & metuo. Cenſet aũt Homerus, virũ & vxorẽ ſic inuicẽ ſe habere debere. nã nemo deteriorẽ ſe admiraf ac vereſ. ſed hmõi affectus accidũt inuicẽ meliorib⁹, & natura benignis. minoribus ẽt ſapientia, ad ſe meliores. Hunc animũ Vlyſſes erga Penelopẽ gerẽs abſens licet, nihil deliquit. Agamemnon aũt ꝓp Chriſeidẽ erga propriã peccauit vxorem, auſus dicere ſi cõcione Grecorũ, Captiuã mulierẽ, nec naturã ꝓſantẽ, immo vt plane dixerim Barbarã, in nullo Clytęmneſtra deteriorẽ eſſe. ex qua cũm liberos haberẽt, nõ recte ſeſe gerere vi us eſt. Quo enim recte, quiante ꝓuã ſciret qualis erga ſe foret, vi ductã ſibi illã cõiũxerat. At Vlyſſes, rogãte Atlantis filia, vt ſecũ maneret, ac ſempiternitate

G tatem pollicenteme ob id quidē prodere uoluit uxoris affectū, & amorē & fidem: maximū ſibi ſupplicium arbitratus, ſi malus dum eſſet, immortalitatē haberet. Cùm Circe etiā manere, noluit, quāquam inſuper ſociorū ſalutē pollicente. immo reſpondit, nihil ſibi dulcius uideri poſſe, q̄ patriā inculta & aſperam. magiſq; optauit mortalē uxorē filiūq; uidere, q̄ fieri ipſum immortalē. ſic ille firmā ſtabilēq; uxori fidē ſeruabat, pro quibus
H merito ab uxore eadē reportabat. In oratione quoq; illa, quā habuit ad Nauſicaam, apparet Poetā maxime probare uiri & uxoris pudicā ſocietatē. precatus eſt enim Deos, ut darent illi uirū, & familiā, & unanimitatē cū uiro, non quālibet, ſed honeſtam. Inquit enim: nihil melius eſſe poſſe hominibus, q̄ ſi concordi uoluntate uir & uxor domum gubernarēt. & hic igitur, ut patet, laudat poeta unanimitatem mutuā uiri & uxoris, nō
I eam quidē quæ circa improba obſequia, ſed eā quæ animo & prudentia iuſte coniuncta eſt. nam uoluntate domū gubernare, hoc deſignat. Idem etiam inquit, q̄ cùm huiuſmodi inter uirum & uxorē uiget concordia, inimici quidē eorum anguntur plurimū, amici uero permagna ſuſcipiunt gaudia: quē tanquā uera dicentē probāt. Nam uiro quidē atq; uxore circa res optimas concordi ſtudio uacātibus neceſſe eſt utriuſq; animos idē
K ſentire. deinde propter concordiam potentes facti, & inimicis ſpem auferunt, & amicis proſunt. q̄ ſi ipſi diſſideant, amici quoq; diſſidebunt, & infirmitatem ipſi ſentient maxime.

Communes leges Viri, & Vxoris.
Cap. 4.

ITaq; manifeſte præcepit poeta Virū & uxorē in his quæ improba & impudica ſunt, ſibi inuicē conſentire nequaquā debere. In his uero, quæ q̄ maxime fieri poteſt, pudica ſunt et iu
L ſta, concorditer ſibi inuicē inſeruire. Studentes primo quidem curā omnē parētibus exhibere: uir quidē uxoris parentibus nō min⁹, q̄ proprijs: uxor aūt uiri.

Deinde filiorū & amicorū & rerū, domuſq; totius tanquam cōmunis curā habeant, ſeipſos ſtudio & diligentia ſuperare certantes. & quiſq; plurimorū bonorum ſit author & cauſa, meliorq; exiſtat & iuſtior. Depoſita quidē ſuperbia, induſtria uero ſuſcepta, cùm benignitate &
M manſuetudine gubernantes: ut cùm ad ſenectā peruenerint, depoſito adminiſtrationis onere, & concupiſcentijs liberati, poſſint & ſibiipſis inter ſe, ac filijs ſuis rationē reddere, uter eorū magis profecerit in familiæ gubernatione, ac ſtatim ſcire, aut p fortunā malum, aut per uirtutē bonum. In quibus qui ſuperauerit maximū præmiū à Dijs conſequitur, ut Pindarus inquit.

Dulce

A Dulce enim ſibi coe,et ſpes mor
» taliũ multiplicẽ alit voluntatẽ.
» ſecũdũ vero à filijs in ſenectutẽ
feliciter eduẽari. Quapropter et
priuatim & publice decet eũ, q
vitã gerit, ad oẽs Deos hoſeſq;
reſpicere, multumq;,& ad vxo-
rem,& ad filios,& parentes.

Precedens liber, ſiue hic Secundus, ſiue Primus pars ſit, in Græcis exemplaribus (quod notatu ſit) nusquam reperitur.

LEONARDI ARETINI
Explanatio in Secundum,
B ſeu Primi partem Oeconomicorum.

CAP. 1. ROBAM mulierem om
nibus. In rei familiaris
diſciplina eſtyderatio
habetur perſonarũ. &
rerũ perſonæ ſunt, ex quibus cõſtat
domus, vir & vxor, parentes & filij,
dñs & ſeruus. hęc potiſſima eſt pars:
magiſq; oportet patrẽfamilias curã
perſonarũ habere quam rerũ: nam
illæ perſonarum gratia comparantẽ.
resigitur acquirimus vel p agricul-
turam, vel per alios naturales mo-
C dos ad familiæ indigentiã: permu-
tamus etiam & miſcemus exercitia,
ſupplentes defectum. Et hucuſq; ve
ræ ſunt diuitiæ,certæq; & termina-
tæ: ſupra vero has nullus eſt termi-
nus diuitiarũ, cùm illæ iam non in
ſupplenda indigentia, ſed in patri-
monio augendo verſentur. Placet
tamen ſapiẽtibus hanc patrimonij
amplificationẽ (ſi nemini noceat)
non eſſe vituperandam: nam ad ma
gnificentiã & liberalitatis opus pro-
ſunt,teiq; publicę cõducunt. Acqui
rendarum igitur præcepta rerum ſu
pra dedit: de ſeruis etiam & de domi D
nis expediuit. Nunc aũt in hoc,ſiue
libro, ſiue libri parte,de viro & vxo
re Ariſto. tranſigit, quædã et inter-
miſcens de filijs. Oportet ergo mu
lierẽ probã dominari de oĩbus quæ
ſunt intra ędes,curamq; habere om
nium ſecundum præſcriptas leges.
Præſcriptas leges dixit: quia ſupra
dictũ eſt ita naturam inſtituiſſe, vt
vir quærat foris, vxor parta domi
cõſeruet. Non permittentẽ quen-
quã ingredi ſine ꝓcepto viri. Huius
ꝓcepti tres ſubijcit rõnes. Prima, vt
vitent obloquia Secũda, ne efferan
tur ſecreta domꝰ. Tertia, ne ſibi im- E
putari quæat, ſi quid mali p ingre-
dientẽ cõmittat: ſed imputet viro q
præcepit. Sumptu autẽ & veſtitu.
Optimo ꝓcepto domeſtica ratio ſu
bijcit. Duplex eſt ornatus, corpis. &
animi. corpis, veſtes, aurũ,& forma:
animi vero, honeſtas & decus. quibꝰ
virtutes cõtinent. Hic animi or na-
tus ad ſenectã vſq; perdurat, immo
tunc ẽt magis floret: ille vero alter
cito deficit. Cõſortij, qa quæ fortu
na ẽ vni & alteri. Sors enĩ fortuna.
Si ſit in rebus defectꝰ: ſcilicet exter *
nis, vel corpis ęgrotatio vel aliena-
tio mentis. quia hę ſunt tria bonorũ F
genera, externa animi, & corporis.
Precandũ eſt igit. Nã fortuna non
eſt in nra poteſtate. ideo dicit ꝓcan-
dum: nõ aũt prouidendũ. Vt autẽ
de muliere ſuperius, nunc de viro,

Quando filiorũ tanq; vitæq; ſo- CAP. 2.
cia. Et ſic duplex eſt cura viri circa
vxorẽ, vna pro filiorum bonitate:
altera pro vitæ commoditate. Hoc
enim ſolo, procreatione filiorum.
Ergo prudentẽ ignorare nõ decet.
Hoc eſt quaſi caput hui⁹ doctrinæ,
non ignorare quid cuiq; debeatur.

Iuſtus,

G Iuſtus,& ſanct°. Iuſtitia eſt, q̃ vnicuiq; tribuit ius ſuum. Nihil vero magis ſuũ eſt vxoris. Hæc ẽ minor ꝓpõ.ad illã ſuperiorẽ vnicuiq; tribuendũ eẽ ius ſuũ. Nec metũ incutiat ſine verecundia & pudore. Duplex eſt timoris ſpẽs, vt ſubijcit: vna eſt vere cũ dia & pudore, altera q̃ eſt ſine verecũdia, quã non inferat vir vxori: qa nõ cõuenit. Et ſi ipſe ſibi maxime dñet, vt inqt Tullius. Tũc incipiat alijs imperare: cũm ipſe turpiſſimis dominis dedecori ac turpitu ſini ſeruire deſierit.

CAP. 3. Nã neq;. Probat ſuperius dicta ꝓ H Homeri teſtimonium ꝑ diuerſos actº Vlyxis & Agamẽnonis. Propter Chryſeidẽ. Chryſeis Agamẽnonis ancilla fuit: ꝓpquã orta ẽ diſcordia Iter Achillẽ & Agamẽnonẽ. Nã cũ Achilles ſuaderet reddendã eẽ patri Chryſidẽ, q̃ erat ſacerdos Apollinis, Agaméno irat° in maledicta ꝓrupit. atq; in cõcio e Grecorũ dixit ſe nũquã dimiſſurũ: qm̃ ẽt Clitęmneſtræ vxori illã ꝓferebat: nec certe illam eẽ vlla tre inferiorẽ Clitęmneſtra, nõ corpore, nõ ingenio, nõ opa. ob hoc reprehẽdit ab Ariſt. g a parum cogitauit de vxoris honore. ex I qua liberos hẽbat. Qſio.n. recte. Reſumptio ẽ oratoria. qualis erga ſe foret Chryſeis quaſi dicat, nõ ſe excuſet Agamẽnon, q̃ ſit virtuoſa, iõ illã hẽre: nã primo ſibi illã cõtũxit. quã ſciret qualis eẽt erga ſe. dum.n. eẽt bello capta, & ꝑ vim nõ potuit ſcire qualis eẽt. At Vlyxes. Ad cõtrariũ exẽplũ reuertit. Maximũ ſibi ſuppliciũ arbitratus. Sapiẽtiſſimum dictũ. Maximũ.n. detrimẽtũ eſt putãdũ ẽ male ageti, vt viuat diutiſſime. Cũ Circe. Fabula Circes, nota eſt ẽt pueris. In oſone quoq;. Hęc oĩa ſunt apud Homerũ, quem K optime Ariſt. ſciebat cõtra cõſuetudinẽ eorũ, q̃ ſe nũc Philoſophos appellant. Nullũ malus bonũ. Nota laudẽ cõiugij ex Homeri Ariſtotelisq; ſnĩa, cõtra vituperatores huius ſanctiſſimi vinculi. Nã ſine bono cõiugali, nec domus, nec ciuitas, nec vita q̃dẽ hũana ſtare põt. Nã volũtate dominũ gubernare voluntate eſt boni. malus autem facit, quæ ſibi videntur: non tamen quæ vult: nihil enim vult, niſi bonum.

Philoſophi nouerunt ſe à cõmunitate

Ac ſtatim ſcire. Duo inqt ſunt ꝓmia parẽtibus, ſi recte ſe geſſerint. CAP. 4. vnũ ſtatim ex ipſi cõſcientia recte factorũ: & hoc ẽ maximũ præmiũ a Deo nobis datũ, alterũ poſtea a filijs nobis exhibẽ. Senectute, alẽdo atq; colẽdo. Dic ergo, ac ſtatim ire, id eſt, hoc ipſo q̃ ſcit, & ſibi ipſi cõſcius ẽ, recte factorũ maximũ ꝓmiũ a Dijs cõſequit. & hoc ꝓbat ex Pindari auctoritate, cuius eſt illud carmen. Dulce ſibi cor, &c. habet cor ſibi ipſi placẽs, & ſe gaudẽs. nã vt q̃ male agit, ſtimulat cõſcientia & metuit: ſic qui bene facit, gaudet atq; & bene ſperat. Secũdum vero a filijs, hoc ẽ alterũ ꝓmiũ. & dicit ſm, q̃ ſu pra in primo cũ ſtatim ſcire, dixit M pro primo. & ideo dicit, nunc ſecundum, referendo ad id ud ſtatim ſcire, quod anteceſſit in litera.

Librorum Oeconomicorũ, Aretino interprete, ac explanatore finis.

Hos eoſdem libros à Donato etiam Latinè uerſos, uel explanatos, una cum altero ab eo addito, hic appoſuimus: cum ex eo, tum altera tantum translatione, Aretino ſcilicet, aut Donato, nemo hinc plene ſatisperi poſſe minime uereatur.

RODVLFO

RODVLFO PIO CARP. ETC.

VIRO ILLVSTRISS. EPISC. FAVENTINO,

apud Chriſtianiſſimum Regem Apoſtolicum nuncium agenti, Patrono optimo. S.

Bernardinus Donatus Veronenſis.

SI quantum amplitudini liberalitati q; tuæ, Rodulfe Illuſtriſſ. & ego & ceteri omnes debent, tantum ipſe ad decendum facultatis mihi comparaſſem, non tibi hæc aliena potius, quàm ex ingenio meo deprompta miſiſſem. ſed dum nec quoquo modo non ingratum tua animi magnitudo probare cupio, malui pro tempore tibi præſtare quod potui, quàm difficilius quidpiam conari, & in ipſo conatu deficere. quum enim nuper, quum alia nonnulla, tum in primis Euſebij Cæſarienſis Euangelicam demonſtrationem, & præterea Socratici Xenophontis de re familiari Dialogum in Latinum ſermonem conuertiſſem: videremq; huic ipſi Xenophontis libello nihil aptius hærere, quàm ea quæ Ariſtoteles eadem de re ſcripta reliquit, hæc item ipſa Latina facere inſtitui, hoc conſilio, vt qualecunque futurum eſſet munuſculum, eo tibi animum erga te meum declararem. adnixi hoc amplius ex eadem inopia dicendi mea: quod quum eam libri Prioris partem, quæ ad officia vxoris erga virum, & viri erga vxorem pertinet, poſt Leonardi Aretini interpretationem apud Græcos aut intereſſe, aut ita latere animaduerterem, vt vix vlla amplius reliqua eſſet ſpes redeundi in lucem: Græcis eam reddere non alienum eodem inſtituto meo putaui: vt ſiquis eam veluti amari ſolent, quaſi quendam theſaurum occultet, omnibus quadam commotus, in lucem aliquando proferat, quo facilius me ab auaro illo genere dicendi longius abiiſſe demonſtrem. nam à ſenſu Philoſophi & rebus ipſis, qui poterit, niſi Aretinum quoque ipſum oſtendat? neque tamen ob hoc ipſum me contemnendum putauerim, quòd qua & Aretinus & alij tractarunt, eadem ipſe attingere, & quaſi rem alienam agere non veritus ſim. nam ſi cuſpidem illi veri, huic me non diſplicere æquum eſt, qui illorum iudicium non contempſerim, dum eadem digna auribus Latinis puto, quæ illi. legat ergo hæc quoque & videat, num laboris noſtri illi quidquam reliquerint, neque indicta cauſa nos damnet. ſin contra, illi diſplicent, non debeo hanc rem ingratam videri feciſſe. cuius ergo iudicium hoc meo facto videar comprobaſſe. Cæterum quod ad tua merita attinet, patrone mi optime, tu quidem & longe ampliori munere, & non huiuſce generis eras dignus. quaſi vero non & Græce eundem Philoſophum legere ſcieris: & quæ ad rem familiarem ſpectant, non domeſtica potius quàm hac tralatitia diſciplina comperta habeat. alioqui cur tibi potiſſimum omnium Beatiſſimus hoc pater Paulus III. Pont. Max. rem Chriſtianorum publicam apud Chriſtianiſſimum Regem curandam cõmiſiſſet? notum eſt vetus illud: ei non bene alienа committi, qui ſua non tractet diligenter. Et hæc quidem aliaq; multa, quæ ad idem prudentiæ genus pertinent, te non modo hoc ipſo munere noſtro, verum ipſo quoque Ariſtotele planè ſuperiorem efficiunt. quippe cui

dum vixerit, nunquam talis sit provincia delegata. Illa autem quid tandem? quid augustissima & celeberrima totius orbis omnium familia ortus, illa tu potius ornamento fuerit quàm tibi illa? quod Albertum Piam patronum tuum, vtq; omnium; optimum maximarum modestissimum insitum virorumq; habuerit? de eximio viro, ac potius Heroe clarissimi laudibus non una epistola sed plurimis historijs esset decertandum quòd beatissima memoria Clemens septimus Pont. Max. cùm alia multa, tum & Faventinam ecclesiam malis, neque sanctius, neque iustius commutandam esse iudicauit? sic quidem quasi omnia quodam secum faceret, se dignum esse, cui tui omnes Christianorum ecclesiæ olim rem ipsorum publicam gererent fatentur. Quid porro? quod sub ea disciplina quondam cum esses puer, tale harum omnium virtutum specimen dedisti, tanta modestia, tanta verecundia, tanta morum suauitate emansit, tam facile deberisti omnia quæ ad bonas literas pertinent, vt ego vere possim affirmare, multa nihil vnquam in vita neque opta bilius, neque iucundius accidisse, quam tuam erudationem tuos q; mores? nihil vnquam neq; tristius neque horribilius quàm illud tempus, quò à te discessi? multa accesse fuit? mouere & hæc & alia innumera dubia faciunt, vt omnibus & historijs & formatibus dignus esse videaris? Quid ergo (dixerit aliquis) tradaturé tibi opusculo te tandem esse illorum spectat? numerum id vnum patronæ amplissimæ, quod potui: quod quidem & apud Cæsarem Augustum olim meum quem præstitisse accepimus, dum illi parcula donaria porrigit. neque tamen eodem animo quo ille: sed quo lepore potius quam necessitate proficiscens adiunxit: si quidem non potuisse illius fortuna rationem habere in munere offerendo ob inopiam: debere tamen illum eo quod ipse dare contentum esse. plus enim dare tum fuisse, si plus habuisset. animum ne eodem animo hoc ipse nunc faciam, quo ille illud fecit, longe multo preclarus quidam contigit, quam illi. nam ille postquam dedit, ea quæ sperabat consecutus est: ego autē ea quæ nulla mea me rito sperare potuerat, tamen, tamen ante accepi.

ARIST.

ARISTOTEL

DE RE FAMILIAR

LIEBR PRIMVS.

Bernardino Donato Veronenſi interprete.

dſia & uernen- Res fa- liaris & lucę, & dine ea- I. Cap. 1.

B

Res familiaris et publica nō modo ita differunt vt domus & ciuitas: (has enim ſibi res illę habent ſubiectas:) ſed ēt, quod publica ex multis cōſtat principibus: familiaris autē unū duntaxat principē habet. Quum igit nōnullæ artes ſter ſe diuiſæ ſint, nec omnino eiuſdē ſit & conficere, & eo quod confectū ſit uti: quēadmodū uſu uenire in lyra & rbīs uidemus: reipub. tamē eſt, & cōſtituere ab initio ciuitatem, & conſtituta uti præclare. proinde haud dubium, quin rei

C quoq; familiaris ſit & domum, hoc eſt, rem ac familiā parare, et eadē bene uti. Quōd aūt ciuitas ſit & domorū, & regionis & poſſeſſionū multitudo tanta, quāta ad bene uiuendū ſit ſatis, appareret perſpicue. nā ſi qī contingit ut ipſum hoc obtinere non poſſint, ſocietas ēt ipſa diſſoluitur. Præterea huius ipſius rei gratia oūeniūt, & qua gratia eſt unūquodq;, hac item ipſa extitit ab initio, ab eadēq; habet ut ſit id- ipſum quod eſt. ex quo haud dubiū relinquitur, quin ortu ipſo res familiaris publicam antecedat, qñ huius itē opa antiquius. eſt enim particula ciuitatis, domus. Quum ergo rem familiarē E conſyderandam ſuſceperimus, tum eiuſdem opus quodnā ſit, uidendum putamus.

Domus aūt partes illæ ſunt, De partib⁹ dom⁹, & vade ſu méda poſſeſſio. C.2. homo atq; poſſeſſio. quare cū in ħs primo quæ minima ſunt uni uſcuiuſq; rei natura ſpectet, etiā ea quæ ad domū pertinēt, ſimili rōne conſtabunt. Itaq;, ut Heſiodus ait, oportebit quidem ut in » primis domus, & mulier, boſq; ». adſit arator. nā alterū in ħs quæ uitā alunt, alterū in ħs qui liberi F ſunt, obtinet principatū. quocirca quæ ad conſuetudinē cū mulere pertinent, ea optime conſtituere neceſſe fuerit, hoc ipſum porro ē incūbere, ut cuiuſmodi hanc eſſe oporteat, promptū habeatur. At ex poſſeſſionib⁹, quę Agricultura dotes. ſecundū naturā ſit, ea principē curā merebitur. quare ſm naturā res ruſtica antecedet, ſequentē quæcunq; ad terrā ipſam pertinent: cuiuſmodi eſt quę metalla exquirit, & ſi qua eſt alia eiuſdē

G generis. res abſit ruſtica maxime, propterea ꝙ iuſta eſt. nam neq; à volentib⁹ aufert, vt caupon, & quę mercenarias operas exercent: neq; ab inuitis, vt quæ bello atq; armis vtuntur: ſed ab ipſa protinus ſumit natura. omnibus quippe à matre alimentum certo naturæ inſtituto ſuggeri conſueuit. quocirca hominibus itē ab ipſa terra. ſtrenuitati præterea hominū ac fortitudini maxime conducit: non enim quem admodū ex artes, quæ ſordidæ H vocantur, corpora exercētium inutilia reddit, ſed idonea quæ & aſſidue foris excubent, & labores tolerēt: præterea quæ aduerſus hoſtes periclitent. nā eorum tantūmodo poſſeſſiōes extra ſepta et munitiones habent.

Qualis viri & mulieris oeconomica ſocietas, C.

In ꝟis autem quę ad homines ſpectant prima fuerit vxoris cura. ſi quidē inter marem ac feminam ſocietas in primis eſt. nāq; alibi apud nos pro conceſſo habetur, naturæ hunc eſſe appetitum vt eiuſdē generis multa effi I ciat, veluti item ex animalibus vnūquodq;. fieri autē non pōt, vt vel femina ſine mare, vel mas ſine femina, hoc ipſum per ſe cōpleat munus. quare amborū ſocietas neceſſario conſtituta eſt. Cæterū hoc in aliꝟs quidem eſt animalibus temere, & eatenus quo ad eis natura ſeipſam impertit, & ſobolis duntaxat gratia propagandæ. in ꝟis autē quæ & mitiora ſunt & prudentiora, diſtinctum eſt magis. apparent enim magis adiumenta quę præ K ſtantur & charitates, & operum ſocietates inter ipſa: idq; in homine maxime, propterea ꝙ in hoc genere mas & femina ſocia ta inter ſe ſunt nō modo vt ipſa ſint, ſed etiā vt ipſis bene ſit. & liberorū poſſeſſio non ea modo de cauſa huic generi data ē à natura, vt habēatur qui miniſtrēt, ſed vt etiam qui adiuuent. quæ enim ipſi valentes conferent in infirmos, ea viciſſim poſt à valentibus accipient, cùm ob ſenectutē imbecilles facti erūt. Hoc L ipſo præterea circuitu natura id cōſequitur atq; explet, vt, quando numero nō poteſt, at ſaltem ſpecie ſit ſemper. ſic ab ipſo Deo vtriuſq; & maris & feminę natura ad ſocietatē prouiſa atq; inſtituta eſt. hęc enim ipſa in eo diſtincta ſunt, ꝙ nō omnia ad eaſdem res vtilem habent vim, ſed nonnulla ad contrarias quidē, attamen quæ eundem finē ſpectent, eodemq; cōtendant. nam Officia rum. eorū alterum robuſtius, alterū M imbecillius effecit, vt illud eſſet magis ad cauendum idoneū ob timiditatē, hoc ad propulſandū atq; vlciſcēdum ob fortitudinē: & hoc quidē ea foris ſuppeditaret, quæ neceſſaria ſunt, illud autem intus eadem conſeruaret. itemq; ad opus faciendū, quum illud ſedēdo poſſet durare, eſſet tamen ad labores foris tolerandos imbecillius: hoc vero cōtra, quum ad quietē atq; ociū eſſet minus aptū, tum autē ad omnē

motū

A morum existeret valentius. nec non in sobole, vt procreatio amborum essẽt cõis, adiumentum singuli suũ proprium præstarent. nam horũ quidem alere est, illorum autem instituere.

ere vtil d vtoré. ap. 4.

Primũ igitur leges erga vxorem habeantur: in quibus etiã illa, ne vir eã afficiat iniuria: sic enim ne ipse quidem afficietur. hoc ipsum porrò etiã cõmunis lex præcipit, vt Pythagorici dicunt, quasi supplicẽ & ab ara & foco abductam, vta videri, mini B me oportere illam afficere iniuria. à viro autẽ iniuriæ, si foris cũ alijs feminis cõsuescat. Porro conuictus & consuetudo sit talis, vt neuter alterius cõgressum reformidet, vel absentis desyderium ferre nequeat: sed ita alluescat, vt vel præsente vel contra, secum bene agi arbitretur. Etiã Hesiodus præclare illud:

Virginem habeto, tuos vt discat sedula mores. nã dissimilitudines morũ minime ad conciliandas voluntates, idoneæ. De C ornatu vero, quẽadmodum in moribus non oportet falsa quẽdam profitẽtes ad se mutuo inter ipsos accedere, ita ne corporibus quidem. qui aũt cũ ornatu & fuco inter se consuescunt, in nulla re differunt ab Histrionib⁹, qui cũ scenicis indumẽtis vitã vnã degere assidue solent.

egere dñi d seruos. ap. 5.

At eorum quæ possidentur, primum quidẽ illud, maximeq; necessarium, quod & optimũ, & ad imperãdum aptissimum. hoc vero ipsum hominẽ esse me D minimus. proinde seruos cõparare sedulos oportet. sunt autẽ seruorũ duo genera, villicus, & operarius. verũ quum disciplinis videamus adolescentes, nouos quosdam habitus accipere, operęq; preciũ fuerit & parare & alere etiam eos, quibus liberalia officia recte credantur. Cum seruis autẽ ita est consuescendum, vt neq; in petulantiã euadere, neq; in segnitiem declinare permittantur. & ijs quidẽ qui magis ingenui sint, honores imper E tiendi: operarijs autẽ cibi copia subministranda videtur. & qm̃ vini vsus etiam eos qui ingenui sunt, contumelioſos atq; insolentes efficere solet, multæq; liberæ gentes eo abstinent, vt Carthaginenses cũm militiæ degunt, haud dubium quin ex eo, aut nihil prorsus, aut perexiguũ quid dam sit cõcedendum. Verũ tria quũ sint, opus, castigatio, cibus, si quis cibum quidem præbeat, nunquã autem neq; opus facere cogat, neq; castiget, reddet petu F lantes. sin contra, & ad opus cogat & castiget, cibum vero non præbeat, rem violentã inducet, ipsosq; imbecillos efficiet. superest igitur vt & opere faciundo exerceat, et abunde pascat. etenim fieri nequaquã potest, vt hominibus nullam accipiẽtibus mercedem quis imperet. serui autẽ merces cib⁹. Porro quod in alijs contingit, vt si hs, qui meliores sint, melius nihil fiat, neq; sint

Abstinẽtia

G virtuti vitiose vita propoſita præmia, deteriores euadant. idē in ſeruis quoq; vſu venit. quare & inſpicere ac cognoſcere diligēter quid ab ſis agat oportebit, & ſiſdem pro meritis ſingula, cibum, veſtimenta, otium, ſupplitia, tum verbo, tum re & tribuere & remittere, medicorum artem imitantes, & conſeruantes, vt medicamēti locū obtinet cibus: nō eſt autem medicamentum propter aſſiduum vſum.

H Seruorum autē ad opus faciendum optimum fuerit genus eorum, qui neq; timidi, neq; fortes ſint ſupra modum. in vtriſq; enim offenſio eſt. nam timidiores, laboris onus non ſuſtinent: animoſioribus non facile imperatur. Oportet autem finem aliquem ſtatuere omnibus: & iuſtum quippe eſt, & expedit, libertatem illis præmij loco eſſe propoſitam. tunc enim ſunt ad laborē promptiores, quum aliquod laboris, quaſi certaminis

I præmium expectant. tempus quoq; definitum habeatur. operæ enī precium fuerit, illos pro creatione filiorum quaſi pignore quodam obligare. nec eiuſdē nationis multos poſſidere, ſicut ne in ciuitatibus quidem. ſacra autem facere, & conuiuiorū voluptatibus operam dare, ſeruorum potius gratia q̄ liberorū. plus enim hi decerpunt ex eo, cuius gratia illa inſtituta ſunt.

Leges Oeconomicorū, C. 6.

Quatuor porro ſunt, quæ patrem familias habere oporteat in re pecuniaria. nam non minus ad ſeruandum q̄ ad comparandum idoneum eſſe oportet: alioqui vanus fuerit omnis cōparandi labor. cribro enim haurire hoc ipſum fuerit, & perforatum, quod dicitur, dolium. Præterea & ordinis adhibendi rebus quæ poſſidentur ac ſupellectilibus, & ſiſdem vtendi peritum. horum quippe gratia, reliquis quoq; illis indigemus. Enā quæ poſſidentur, ita ſingula diuidere oportet, vt quæ fructum ferant, plura ſint, q̄ cōtra. quidquid vero operis faciundi fuerit, ita diſtribuendum, vt non omnibus ſimul periculū impendeat. Ad conſeruandum autem

K rōne & Perſica & Laconica vtilis, vendunt enim vicisſim atq; emunt. ac ne penuariæ quidem rationis conſtitutio in ſis quæ ad rem familiarē pertinent, minimum obtinet locum. eſt autē Perſica ratio, vt ipſe per ſe vnuſquiſq; & diſponat omnia & inſpiciat. nam (quod de Dionyſio

M referebat Dion) nemo æque diligenter ſuam atq; alienā rem ſolet curare. quare quo ad ei⁹ fieri poterit, vnumquemq; per ſeipſum adhibere diligentiam oportet. &, quod Perſæ cuiuſdā atq; Afri dictum fertur, ad hanc rem cōmode applicabitur. ille quippe interrogatus, quidnam eſſet, quod maxime equum pinguē efficeret, domini oculum eſſe reſpondit. Aſer autem rogāti cuiam,

A piam, quodnã ſtercus optimũ, ipſius, inquit, domini veſtigia. Ergo alia erunt à viro, alia autẽ ab vxore inſpicienda, prout inter vtrunq; domeſtica fuerint munia diſtributa. hocq; ipſum in paruis quidem curationib⁹ rarius eſt faciendum: in ꝯs autẽ quæ alĩs cõmiſſæ ſunt, ſæpius. neq; enim fieri poteſt, vt, niſi qs pulchre exemplũ præbeat, pulchre alius quiſpiã imitetur, neq; in alĩs reb⁹, neq; in procuratione domeſtica. quare non eſt putandum fieri poſſe, vt ſine diligentia dominorum, procuratores, ſeu villici ſint diligentes. Et quoniam hæc ipſa & ad virtutem egregia, & ad rationem domeſticam vtilia ſunt, ipſis prius dominis quam ſeruis, e lecto ſurgendum, poſterius dormiendũ, nunquã domus ſine cuſtode relinquenda, quaſi ciuitas: & quæcunq; facienda ſunt ſiue noctu, ſiue interdiu, eorum nihil prætermittendum. De nocte etiam ſurgendum, quando hoc & ad C bonam valitudinem, & ad rem familiarem, & ad philoſophicã viram vtile. In paruis igitur facultatibus, Attica diſponendarum frugum ratio vtilis: in magnis autem, ſeorſum ea quæ in totum annum ab ꝯs quæ in ſingulos menſes impẽdi ſolent, habenda erunt. ſimilis eſt in vaſis & ſuppellectilibus ratio. nã quibus, ſingulis vtimur diebus, ſeparãda ſunt ab ꝯs, quib⁹ rarius. hocq; muneris genus ꝯs eſt aſſignandum, qui rebus domeſticis præſint. ad hæc eorum inſpectio repetenda eſt certo tempore, ne nos lateat quidquam, ſiue quod cõſeruatum ſit, ſiue quod perierit. In conſtruenda autem ædificandaq; domo habenda eſt ratio rerum quæ in ea collocandæ ſunt, non modo incolumitatis earum gratia, verumetiam commoditatis. Dico autem res collocandas, vt ſi dicã, quæ fructibus ſint ac veſtimentis conducibilia. in ipſis aũt fructibus, quæ aridis ſint, quæue humidis vtilia magis. in cęteris autẽ quę poſſidentur, quæ ſint animalibus, quæ inanimis, quæ ſeruis & liberis, quæ feminis & viris, quæ hoſpitibus & ciuib⁹ aptiora. Præterea ad commoditatem ſalubritatemq; ætate quidem ſalubrioribus vẽtis patere oportebit, hyeme vero apricam eſſe. hoc autem continget, ſi parte altera preſſior anguſtiorq; fuerit, nec longitudini æqualẽ habuerit latitudinem. Videtur autem, vbi magna quædam eſt res familiaris, ibi ſeruus hoſtiarius is eſſe apprime vtilis, qui reliquis inutilis ſit muneribus, vt quæ intro, quæue foras feruntur, ſalua habeantur. Ad vſum autem vaſorum, Laconicus mos erit vtilis. ſingula enim oportet ſuis ſedibus collocata eſſe. ita in promptu ſita nullum afferẽt quę rentibus laborem.

D E F

Sequitur pars de officio vxoris erga virum, & virgo erga vxorem, cum nos eo genere interpretationis, quam Graeci paraphrasim nominant, expressimus, interpretem Aretinum secuti, quandoquidem illam apud Graecos nusquam inuenire potuimus.

Secundum Aretinū

Primi pars, de bona muliere. Cap. 7.

GRegiam & frugi mulierē eorū, quæ in ædibus sint, dominam esse oportet, olaq; ea certis legibus curare: nec permittere quēquam ingredi nisi maritus iusserit. est aūt ei vitanda in primis, vulgaris mulierū infamia: existendūq; vt si quid forte intus acciderit, vni ipsi sit notū: nec cōmittendum vt si qd ingredientes peccauerint, ipsa iure accusari possit, sed vir omnis culpa resideat. Habens præterea in potestate quidquid impendendū fuerit in dies festos, quos ipsi p virum celebrare licetū sit, & sumptu, & vestitu, & reliquo ornatu vtat, minori ēt q̄ leges ciuitatis permittāt. cōsyderandum quippe illi est ad fœminæ cōmendationē & laudē: modestiā, honestatisq; studiū, atq; oīs vitæ decus, multo esse præstantiora, q̄ sint, aut vestimēta pretiosa, aut forma egregia, aut oē aureū ornamentū. quæ enim hoc animo est mulier, optabilior esse cōsueuit, multoq; certiores ac veriores laudes & sibi ipsi & liberis parere, easq; ad senectutem vsq; perferre cōstantius, q̄ quæ fuerit alter animata. ergo ipsa mulier sibi ipsi hunc animū cōparet, & cōstanter reb⁹ domesticis præsit, ex eaq; re laudem sibi quærat. neq; enim satis deceat virū ea singula nosse quæ intus gerantur. At in cæteris vxor omnino assuescat viro obtēperare. nec vero negocijs implicet se quæ ad rempu. pertineāt, aut sui muneris esse existimet, matrimonia cōciliare, seu tractare cōnubia. q̄ si tempus postulabit, vt vel filias nubiles colloc̄et, vel filijs iam adultis accipiat vxores, qd marito placuerit, id sibi rectum eē persuadeat, vsq; adeo, vt cū si vna cū illo deliberet quid agendū, sententiam tū viri semper antepona suæ, nec dubitet, aliquā to absurdius eē, ab vxore solicite curari ea quę foris gerēda sint, q̄ a viro quidqua eorū quæ intus fieri solent, tractari. Etiā quæ bene animata beneq; instituta erit mulier, ad mores mariti se accō modabit, eosq; pro lege habebit, quā ipsi Deus, omnis vitæ moderatricē ex matrimonij necessitudine imposuerit. eos sane mores, qualescunq; fuerint, si sibi æquo animo serendos duxerit, tum ipsa nullum in domo regenda sentiet laborem. sin ægrius ferret, vnq; laborabit, ex quo illud cōficitur, vt vxorē maxime deceat, nunq̄ cum viro suo discordare, semper illi esse obsequentem nō modo in ꝓsperis rebus & ad voluntatē fluentibus, sed ēt in aduersis & tristibus. Itē si quid ille patiat detrimenti vel in rebus externis, vel in corpore, vel in alo, ipsa ne molestius ferat, sed dicto audiēs sit, nisi forte sit in aliqua re turpi atq; indigna obsequendū. nec vero diutius in memoria habeat, si quid vir deliquerit, dū animi sui cōpos nō est, sed ægritudinem potius illius aut imprudentiā excuset. quo enim in hmōi reb⁹ magis illi sedulo morē geret, eo sibi gratioré illū sentiet, vbi animo conualuerit. quin ēt longe meliorē in partem accipiet, quod sibi aliq̄d turpe iubēti nō sit obsecuta, si qñ ad sanitatem

Verus honor matrone ornatus.

A tatem rediuerit. hæc igitur ſedulo cauebit mulier, at in cæteris obſequa-
tur, ac multo quidem diligentius, q̄ ſi ab illo empta in familiā veniſſet. quin ēt cogitet ſe vera ſe emptā ma-
gno precio. nā & vitæ ſocietas, & liberorum procreatio, ad quę duo & multo maxima & ſanctiſſima mu-
nera vocata eſt, magni cuiuſdā pre-
cij loco habenda ſunt. Enā illud in-
telligat, ſe non adeo illuſtrem futu-
ram, nec tm̄ virtutis preconium ha-
bituram fuiſſe, ſi cū eo viro vixiſ-
ſet, qui ſemp̄ fortuna ſecunda vſus
eſſet. fateor quippe in magna lau-
B de verſari, ſi qui in rebus proſperis
ſibi temperare potuerint, at in long-
ge maiore ſi qui aduerſas equo ani-
mo tulerint. magnis. n. calamitati-
bus atque iniurijs non turbari, nec
ſubmiſſius quidq̄ oſtendere ad ani
mi celſitudinē ac magnitudinē per
tinet. opubit ergo à Dijs ne qd vi-
ro accidat aduerſi. quod ſi forte ac-
ciderit, exiſtimet in eo ſe vberē lau-
dis materiam nactam eſſe. exēplaq̄;
ſibi proponat & Alceſtidis & Pene-
lope, quarum neutra fuiſſet tā cele-
bris, ſi cum viro vtraq; fortuna-
C to viciſſet: & illi quidem Admeti,
huic autem Vlyſſis res aduerſas im-
mortalē gloriā peperiſſe. quum. n.
maritis ambę ēt in aduerſa fortuna
fidem conſtantiāq; pręſtiterint, il-
luſtres merito gloriāq; ſignes euaſ-
ſere. ſi quidē q̄ ſe rerum ad volun-
tatē fluentiū ſocias maritis pręſtēt,
facile reperias. at in aduerſis dura-
re non ſolent, niſi q̄ ſingulari boni-
tate pręditæ ſint. quę ſane cuncta id
conficiunt, vt multo ēt amplius ma
ritum reuereri conueniat, nec eun-
dē ideo cōtemnere, qđ neq; ſacram
pudicitiā, vt ait Orpheus, neq; an-
D daciæ filiā, opulentiam, cōmites ſe-
cum adduxerit. & hiſce quidē mo-
ribus ac legibus inſtitutam eſſe mu
lierem oportet.

Leges vir ad vxorē. Cap. 2.

At maritus viciſſim excogitare
debet eas leges, quibus ēt vxor faci-
le vti poſſit. ea. n. ideo in familiam
venit, vt cum viro ſibi eſſent & libe
ri cōes, & vita cōis. quæ quum reli-
ctura ſit filios, qui parentum & viri
ſuorū nomina gerant, quid ijs ſſo
ſanctius quiſpiā in cōe cōferre poſ-
ſit? aut cuius tandē rei virum inte-
gra mente p̄ditū, magis ſtudioſum
eſſe oportet, q̄ vt quū filios quærat,
E qui & ipſius ſenectutē quondā ſint
nutrituri, & vtriuſq; parentis cū ol
pietate ac reuerētia futuri cuſtodes,
domumq̄; vniuerſam ſeruaturi, eos
ex femina lectiſſima atq; honeſtiſ-
ſima ſuſcipiat? Nā ſi quę admodū
oportet, ita illi à parentibus educa-
būtur, & ſanctis pijsq̄; moribus im-
buent, bonitatis laudē facile obti-
nebunt. ſin cōtra, magnū in bonis
animi merito facturi ſunt damnū.
Niſi. n. parentes exēplo ſint filijs ad
recte viuendū, certiſſimam illis ex-
cuſandi ſeipſos, ſi quid aduerſus pa
rentes deliquerint, materiā præbe-
F būt ēt periculū erit, vbi nequiter vi
xerint, ne contemnātur à filijs, atq;
vbi ſenuerint, ne deſerantur.
Quapp nihil olino prætermittat q̄
vult fieri maritꝰ qđ ad vxoris inſti-
tutionem pertinere arbitretur, ſtu-
deatq; ꝓ viribus ex q̄ optima & ꝓ-
batiſſima filios ſuſcipere. & bonum
agricolā imitetur, qui nulli diligen
tię parcit, dum ſemē ſuū in terram
& optimā, & optime excultā iaceat,
ſperans nimirū ex optima optimos
ſe fructus percepturū: cui quidē ſi
quia inimica vis pernitiem intēret,

armar

O armat se aduersus eam, dumq; illaesam conseruet ab hostibus quib ipse exoluit, ne mori quidē dimicādo recusat. & q hoc animo sunt, in primis ad cœlum laudibus ferri solēt. quod si ea q vni corpori nutriendo conducunt, tam sollicite curantur, quantū ēnt tandē in ijs quę ad liberos, quęq; ad matrē pertinent, quæ ipsos liberos sit educatura studium adhibendum? SI QVIDEM hoc vno remedio hominum mortalis conditio perpetuitatē cōsequitur, dum propagatione liberorum semp sam conseruat. & qui parentes facti H sunt, quodquod optant huc dirigere consueuerunt. proinde si quis parui hæc facit, Deos quoq; ipsos parui facere videtur. nam ēt pp Deos q busp̄sentibus sacra fecit, vxorem duxit. eadēq; ratione vxori se multo magis addixit, vt illi secundos à parentibus honores tribueret.

Mulier porro quę mentem non amiserit, NVLLVM sibi maiorem honorem tribui putabit à viro suo, q̄ si castū corpus exhibeat. nec aliū magis in animo feminam q̄ se, habeat, seq; vnā præter cæteras & suā sibi fidam existimet. quod si ille I fecerit, ipsaquoq; vicissim dabit p̄ viribus operam, ne mariti opinionem fallat: ac tanto magis quanto se & iustius & fidelius ab illo diligi animaduerterit. Viri ergo prudentis officium fuerit scire, quo sint cultu parentes, quo vxor, quo liberi p̄ sequendi: vt quum meritos cuiq; honores tribuerit, iusticię sanctitatisq; nomē obtineat. NIHIL.n. fere solēt molestius hostes, q̄ se priuari suis honoribus. nec vero quisq̄ ē, q̄ iā sua sibi auferri videt, alienis q̄ sibi quamuis multa tribuant ē, possit ēē cōtentus. ne vxori nihil magis sui K à viro tribui pōt, q̄ incorrupta, & sancta nō mō corporis, sed ēt totius vitę societas. Ex quo illud conficitur, VT TVRPE sit, hostem integra mēte p̄dere, ex quauis matre sobolē p̄pagare, ne vcs aduersus leges filij liberis & ingenuis similes suscipiant ex ignobilibus feminis. qd si fiat, & vxor p̄prio honore spoliat, & filij iniuria afficiunt, & maritus ignominiā ex hisce vniuersis cōtrahit. Porro ad vxorē quū accedit maritus, nihil inēperantię, nihil procacitatis p̄ se ferat. verecūde ēt loquatur, & q̄ q̄d agit, sanctę honesteq; L agat, & cū fide ac moderatiōe consuescat. peccata aūt q̄ parui momēti fuerint, tametsi volēs peccauerit, illi cōdonet. q̄ si imprudēs quidpiā offenderit, errorē illi suū ondat, sine ol acerbitate. q̄ si metū illi incutere oporteat, adhibeat verecundiā & pudorē. alioqui meretrici potius id gen°, q̄ ingenuę vxori cōueniet. nā vt iusta de ēā virū adhibito pudore & amet vxor & metuat, eius ē vnius p̄priū, q̄ liberaliter sit instituta. Duo.n. sunt genera eorū q̄ alios metuunt: vnū eorū q̄ bus & verecūde & pudēter id accidit pari: cu- M iusmodi & filiorū q̄ ad modestiam cōparent timorē esse op̄ erga parēt es, & ciuū q̄ bōs morib° gaudēt, erga eos qui diligēter amāterq; p̄sunt. alterū eorum, q̄ inimico offensoq; alo id faciūt. qd genus & seruis accidere solet aduersus dominos, & ciuibus aduersus tyrānos. Ex his ergo oībus, q̄ optima cognouerit, maritus eligat, vxorēq; sibi cōciliet, atq; ad fidē p̄bitatēq; instituat, vt nō min° absēs q̄ p̄sens p̄uideat, ipsāq; efficacia iuuādi semp adeē, nec suā

vnius

A vnius tñ, ſed veriuſq; cõbem curare videat. & ſi qñ illi cõtingat vt abſit, tũ vxor ſentiat, nullũ ſe ex oĩb⁹ viro ſuo, aut meliorẽ, aut magis ſibi vtilẽ et cõmodũ, aut magis ſuũ ꝓpriũ reperire poſſe. & quãuis puellã, taliumq; inſtitutorũ rudẽ offenderit, hæc ipſa tñ ille initio ſtatim aggrediat, et ſe cõe vtriuſq; bonũ ſemp ſpectare ſignificet. qđ ſi hanc rõnẽ protinus inibit, ipſeq; ſibi maxime imperare incipiat, tũ & oĩs vitę ſuę optimus gubernator exiſtet, & vxorẽ idoneã reddet, q̃ ijſdẽ inſtituis gaudeat. Siquidẽ ne Homerus quidẽ inuerecundũ, aut amorẽ, aut timorẽ ꝓbaſſe inuenitur: ſed amorẽ cũ verecundia & modeſtia ſemp cõiungit, ſic Helenę Priamũ timẽtis perſonã inducit, his verbis vtẽtẽ:

B Quorũdã Aristarchi lectu reſtimõia ex Homero. Cap. j.

„ Et venerandus es, o ſocer, & mihi, chare timendus.

Vbi nihil aliud vt dicere, q̃ amare quidem illũ, ſed verecunde, & pudẽter. idẽ rurſus oſtendit ex perſona Vlyſſis ad Nauſicaam dicentis:

„ Sic nũc te admiror, mulier, metuoq;.

Eſt aũt peculiaris hæc Homeri ſententia, vt maritus & uxor ſe mutuo inter ipſos his rõibus proſequant.

C nemo eſt enim, qui deteriorẽ ſe quempiã, aut admiretur, aut ueretur. & hoc, quidẽ genere affectus erga ſe uiciſſim uti ſolent, q̃ ſeipſis inter ſe meliores ſunt, & ſuapte natura mites atque humani: ét minus ſapiẽtes, erga ꝑſtantiores ſe ipſis ſapiẽtia. ſi quidem quum hoc animo eſſet Vlyſſes erga Penelopem, quãuis abſens, nulla tamẽ in re illam offendit unquam. At Agamemnon erga uxorem Clytemneſtram non item talis extitit, ſed iniuria illam maxima affecit: qui dum in concione Græcos alloquitur, auſus eſt & captiuã & nulla ꝑſtanti natura prędità, ac potius, ut uere dicã, Barbarã, Clytemneſtrę cõferre, & nullis partibus inferiorem illa, ex qua iam tũ ſuſceperat liberos, iactare. non hercle hoc recte Agamemnon, ſed admodũ praue & inique: qui feminã à ſe captam ui, protinus ſibi adiunxit, priuſq̃ exploratũ haberet, quo illa eẽt erga ſe animo. At uero Vlyſſes quũ apud Atlantis filiã, à qua rogabat, manere poſſet, atq; immortalis euadere, ne tanta quidẽ merce de capi potuit, ut charitatem pietatéq; coniugalẽ proderet. quin etiã C pro maxime ſupplicio habuit, ſe fieri, immortalẽ, amiſſo tanto animi bono. ac ne à Circe quidem potuit adduci, ut apud ſe maneret, tametſi ea ſocios præterea incolumes illi ſe reddituram polliceret. ſed cõtra poti⁹, NIHIL SIBI ſua patria, quãq̃ inculta & aſpera, dulcius uideri reſpondet. itaq; maluit ad uxorẽ & filiũ mortales reuerti, q̃ ipſe fieri immortalis. ſic ſanè ille uxori ſuæ incorruptã fidem præſtabat. qua ex re meruit, ut eandem omnia ab uxore uiciſſim acciperet. Præterea ſi qs D orationem illam diligentius attenderit, quam idem Vlyſſes ad Nauſicaã habuit, planè intelliget, a poeta illam uitæ ſocietatem in primis inter maritum & uxorem probari, quæ coniuncta ſit pudicitiæ. à Dijs enim optauit, ut ei & uirum, & domum, & concordiam cum uiro „ non uulgarem & inuentu facilem, „ ſed raram & frugi præberent. Si „ quidem ait: „ Melius nihil ac præſtantius eſſe „ Poſſe hominum generi, quàm ſi „ uir regat & uxor „

Vna

